turbaverit excessus suos aliarum excessibus levigando, aliis culpas suas impropere et turpia narrando, vel penas pro suis excessibus injunctas ferre noluerit, ut pro quolibet articulo posito singillatim de domo nostra eiciatur, expellatur et extrudatur nec aliquid de secum apportatis, sive mobile sive immobile fuerit, secum deferat et deferre faciat, ita ut ab omnibus bonis exclusa nichil, nisi vestimenta sua, que tunc pro tempore habuerit, deferat vel exportet nec pretextu precum affinium, consanguineorum seu amicorum vel proximorum quorumcumque illud aliquatenus immutetur, ut quas saltem timor dei a malo non revocat, saltem pena coherceat temporalis. [5] volumus eciam et ordinamus et fide data vallamus, ut si aliquid premissorum in dubium per inficiationem excedentis revocatum fuerit, quod ad probationem sufficientem testimonium magistre vel suppriorisse valeat cum majori parte sororum, et quicquid super predictis affirmaverint, quod tanquam testimonium efficax et immutabile habeatur. [6] preterea nolumus, quod aliqua recipiatur quin in bonis paternis, maternis vel peculio adventicio vel profecticio vel alias ut in seculari habitu existens valeat succedere ex quacumque causa, nisi aliquo casu renunciemus. [7] item ordinamus, quod si aliqua apud nos in consorcio sororum nostrarum diem cluserit extremum vel a nobis non rejecta sed per se recesserit ob aliquam causam supra expressam honestam vel inhonestam, quod sicut nec ipsa recedens non petet aliquid de suis apportatis, ita nec nomine suo nec defuncte aliquis proximorum heredum sive amicorum, ita ut quod una via non liceat per aliam fraudulentem admittatur. [8] preterea si aliquo casu emergente ab invicem contingeret nos pretextu paupertatis vel alterius infortunii separari, ordinamus, ut de omnibus, que tunc possidemus sive mobilibus sive immobilibus quelibet equali divisione suam recipiat portionem. [9] item ordinamus et promittimus fide prestita, quod in hiis, que circa statum nostrum ordinanda fuerint et corrigenda, obediemus magistre nostre et suppriorisse et ei, qui pro tempore nobis confessor fuerit deputatus, et eis nos submittimus ex presenti ordinatione, quo ad hec et quo ad omnia supra memorata et ordinata. ita eciam, quod confessor noster de consilio prioris fratrum predicatorum possit in quolibet articulo hujus cedulae nobiscum dispensare, si viderit oportunitatem. [10] quecumque igitur recipienda premissis sibi perlectis et expositis voluerit premissa servare et promiserit necnon et fide prestita se servare firmaverit, in sororem nostre congregationis recipiatur. si autem pro hiis servandis prestare fidem negaverit, in nostrum nunquam consorcium recipiatur nec prece nec precio, quousque singula et omnia promiserit observare. [11] volumus eciam, ut future liti materia precludatur, quod quecumque etiam, si ultra annum non requisita super premissis articulis an servare voluerit, permanserit, quod ex eo, quod post annum remansit primum, pro confessa et obligata ad omnium articulorum premissorum austeritatem habeatur, in bonis suis de cetero nullam habitura petitionem, tamquam si pro excessu suo a domo et consorcio nostro excluderetur. ut autem hec omnia firma habeantur, presentem litteram ad petitionem nostram fecimus sigillis iudicis domini nostri episcopi ad causas et domini Hermanni venerabilis patris nostri thesaurarii Argentinensis roborari. nos iudex curie Argentinensis et thesaurarius Argentinensis premissa omnia coram nobis esse ordinata et ad petitionem predictarum dominarum presentem cedulam sigillis nostris communitam publice profiteamur. actum et datum Argentine, anno domini 1276, circa octavam pasche, presentibus fratre Heinrico de Basilea quondam lectore, fratre Friderico dicto de Ersteheim, et fratre Henrico de Colonia fratribus predicatoribus, domino Johanne milite dicto de Blüminowe, Petro Bucilino, Ulrico Brant panifice, et filiastro ejus Drutmanno, domina Gepa uxore domini Napin, et Ellina sorore Petri supranominati.

Aus Strassb. Thom. A. lad. Begin. 12. or. mb. c. 2 sig. pend.

79. Statuten des Beginenhauses von Innenheim.

1276 April 14. *Beginenhaus-*
statuten.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. nos Mechthildis magistra, Adelheidis
subpriorissa, ceteraque sorores in domo, quæ dicitur de Innenheim, in Argentina congregatæ,
quarum nomina sunt hæc: Gerdrudis, Elisabeth, Willeburgis, Anna, Catharina, Ellekint, et
5 soror ejus Gysela, ad honorem domini nostri Jesu Christi [*u. s. w. gleichlautend den Statuten
des Beginenhauses zum Turm nr. 78.*] actum et datum Argentinæ, anno domini 1276,
18 kalendas maji.

*Aus Mosheim: de beghardis 158 ff. (ex veteri decimi quarti sæculi codice Alsaticis tabulis et docu-
mentis pleno¹) mit der Ueberschrift: «Formam quæ sequitur habent æqualem per omnia istæ
10 tres domus scilicet: ad turrin dictæ, et de Offenburg et de Innenheim sitæ apud fratres
prædicatores Argentinæ in constitutionibus suis et sigillis instrumentorum ipsorum, et in data
annorum domini excepto quod cujuslibet domorum istarum propriæ personæ singulariter
notantur.» Der Abdruck enthält einige offenbare Fehler.*

80. Vertrag zwischen den Minderbrüdern und der Wittve des Marsilius. April 15. *Vertrag.*

Prudenter via futuris litibus precluditur, cum ea, ex quibus discordie pullulare posset in-
posterum materia, elucidatione ac ordinatione congrua extirpantur. igitur ego Katherine,
relicta quondam Heinrici Marsilii civis Argentinensis, tenore presentium confiteor et notum
facio universis, quibus nosce fuerit oportunum, fratres minores in Argentina pro solutione
domus contiguae porte eorum ex una parte et ex alia domui, que dicitur zûme napfe², quam
20 inhabito, vendite mihi a sororibus sancte Elysabeth extra muros Argentinenses pro 60 libris,
medietatem precii, 30 libras videlicet, procurasse ipsasque ad procuracionem dictorum fratrum
fuisse integre persolutas. preterea de consensu Juntte, filie mee, ipsis fratribus petentibus
promitto et promississe me voluntarie profiteor, ut quandocunque pro ampliacione aree, quam
inhabitant jam dicti fratres, domos aliquas in latere prelibate domus contingeret demoliri,
25 quod prefatam domum cum omni jure, quo ipsam possideo, Wezeloni Marsilii, procuratori
sepedictorum fratrum, vel ei, qui pro tempore procurator exstiterit, debeo resignare, de ipsa
quoque recedere, ut idem procurator de jam dicta domo valeat disponere secundum quod
prenotatis fratribus noverit expedire. verumtamen 30 libras, quas tantum tradidi in emptione
sepedicte domus, mihi tradi et assignari prehabiti fratres bona fide laborabunt nisi pro eo,
30 quod jam dictam domum inhabito, velim in sortem antedictarum 30 librarum aliquid con-
putare. renuntio quoque pro me et meis heredibus actionibus, defensionibus, exceptionibus
coram quibuscunque iudicibus, omnique juris auxilio, consuetudinis et statuti contra supra-
scripta et specialiter contra notificationem seu confessionem sponte, scienter procuratore
predicto presente ac in iudicio a me factam nobis competentibus vel competituris. quod si ante
35 ampliacionem prefatam me ab hoc seculo migrare contigerit, volo, ut pluries dicta domus
cum omnibus suis adtinentiis omni jure mihi competentibus in remedium anime mee libere
et absolute cedat usibus fratrum sepius memoratorum. et si hec clausula dicatur non valere
jure testamenti, valeat tamen ut ultima voluntas et extrema. ut autem omnia prenotata robor
firmum obtineant presentes per . . . iudicem curie Argentinensis sigillo ejusdem curie presen-
40 tibus testibus subscriptis ad ea spetialiter vocatis sunt meis precibus communiti. nos . . . iudex
curie Argentinensis omnia supra narrata sicut sunt narrata vera esse et coram nobis rite
acta publice profiteor, appendentes sigillum curie huic scripto ad petitionem domine
Katherine supradicte. actum et datum anno incarnationis dominice 1276, 17 kalendas maji,

¹ Die inzwischen verschollene Handschrift und eine andere ebenfalls von Mosheim benutzte enthielten
45 ausser anderen wichtigen Aktenstücken die Correspondenz Bisch. Johannes (v. Dirpheim) von Strassburg
betr. Begharden u. s. w. a. a. O. S. 254, 269, 527, 528. ² Vgl. Str. G. u. HN. S. 33.

presentibus^a fratre Heinrico gardiano fratrum antedictorum, fratre Anshelmo de Monoltsheim, . . . dicto Volzu, Sigelino, et aliis fide dignis¹.

Aus Strassb. Thom. A. lad. Kaufbriefe 3. or. mb. c. sig. pend.

Beginnenhausstatuten. 81. Adilheidis magistra, Mehtildis subpriorissa, ceteraque sorores in domo, que dicitur de Offenburc in Argentina, congregata, quarum nomina sunt hec: Adilheidis scriptrix, 5 Adilheidis, ^b Adilheidis, Engila, Sophya, Katerina, statuta congregationis sue ordinant. [Es sind wörtlich dieselben, wie die des Beginnenhauses zum Turm nr. 78.] judex curie Arg. et thesaurarius Arg. sigilla sua appendunt. actum et datum Argentine, a. d. 1276, 4 nonas maji. **1276 Mai 4.**

Aus Strassb. Thom. A. lad. Begin. 12. or. mb. c. 2 sig. pend. mutil. 10

Verkauf. 82. C. j. c. A. magister Cånradus scolasticus s. Leonhardi, Erbo frater, Agnes soror, Hugo et Johannes nepotes ex Demüdi sorore quondam dicti scolastici, decano et capitulo ecclesie Arg. vendunt p. p. e. l. 5 areas cum domo edificata in una sitas in c. A. in vico, qui est ex opposito curie domini Johannis cellerarii Arg., in quibus iidem sorori ipsorum uxori quondam Berhtoldi dicti de Inferno successerunt, pro 20 marcis argenti. actum 15 et datum a. d. 1276, 3 nonas maji. **Mai 5.**

Aus Strassb. Bez. A. G 2703 (3117) nr. 10. or. mb. c. sig. pend.

Verkauf. 83. C. j. c. A. Johannes dictus Stumphelin civ. Arg., et Willebirgis ejus uxor vendunt 2 domus suas contiguas sitas hinder kursener louben in Arg. super arcis monasterii s. Nicolay e. m. A. ipsi monasterio censuales Úlrico dicto Ribisen civi Arg. pro 11 lib. den. Arg. 20 minus 5 sol. actum et datum feria quarta post festum apostolorum Petri et Pauli, a. d. 1276. **Juli 1.**

Aus Strassb. Stadt A. lad. s. Nicol. Mart. et Petr. fasc. 1. or. mb. c. sig. pend.

Schenkung. 84. Heilika Wittwe des jüngeren Reinbolds schenkt dem Hospital s. Leonhard eine Hofstätte. **Juli 24.** 25

Ego Heilika relicta Reinboldi junioris civis Argentinensis in anime mee remedium lego et ordino testamento hospitali sancti Leonhardi in civitate Argentinensi aream, super qua residentiam habet soror Metza, prope Meriessod, de qua nomine census quinque uncee denariorum Argentinensium et duo capones proveniunt annuatim. et istud testamentum ratum fore decerno et firmum, nisi ipsum in ultima voluntate mea duxero revocandum. in cujus 30 rei testimonium sigillum curie Argentinensis presenti cedula est appensum. actum anno domini 1276, in vigilia Jacobi.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. Hóp. XLVII fasc. 17. or. mb. c. sig. pend.

Testament. 85. Heilika relicta Reinboldi junioris civ. Arg. testamentum suum ordinat. cenobio s. Agnetis e. m. A. unum mansum in Schiltkenim, fratribus predicatoribus dom. Arg. 35 proventus de uno agro in deme burvelde², stozset uffte dez bischovez gebreite³ nehent dez

a) Die Namen der Zeugen sind von verschiedenen Händen (mindestens 2) geschrieben. b) Platz für einen Namen, der aus dem Pergament ausgeschnitten ist, so dass jetzt an der Stelle ein viereckiges Loch.

¹ Dieselbe Katharina schenkt vor dem Hofrichter des Thesaurars der Strassb. Kirche den Minderbrüdern die ihr eventuell wegen des obengenannten Hauses zustehenden 30 Pfund Pfenninge und ebenso alle bei ihrem Tode in demselben vorgefundenen Mobilien. 1303 Februar 19. Or. ebendasselbst lad. Kaufbriefe 6. Nach einer Dorsualnotiz s. XIV war später an der Stelle des Hauses der Friedhof der Minderbrüder. ² Vgl. Hermann, *Notices historiques etc. de Strasbourg, I, 229* unter nr. 6. ³ Vgl. Silbermann, *Lokalgesch. der Stadt Strassburg S. 132.* 40

kleinen Reinböldelins frowen, item de uno agro in deme burcvelde nëbent deme Liebencellere in banno Kunigeshoven legat. sig. cur. Arg. et civitatis Arg. sunt appensa. actum a. d. 1276, in vigilia Jacobi.

1276 Juli 24.

Aus Strassb. Bez. A. Verirrte Sachen, zu Fond s. Agnes. or. mb. c. 2 sig. pend.

- 5 86. C. j. c. A. in forma iudicii Nicolaus filius Bertholdi quondam dicti Rufi civ. Arg. recognovit, se vendidisse Sigelino de Rinowe sororio suo pro 8 lib. den. Arg. quartam Verkauf.
partem in domo et area, que dicitur zur mēraten, apud introitum curie predicatorum Arg. et quartam partem domus et aree apud meryezsod, quam inhabitat Cānradus dictus Gēhe, in quibus duabus quartis partibus patri et matri jure successit hereditario, et in quibus
10 Agnes (uxor nunc Volzonis junioris) usufructum pro tempore vite sue perceptura est ratione donationis propter nuptias sibi quondam facte a Bertholdo, fratre predicti Nicolai, tunc ejusdem Agnetis marito. actum et datum in vigilia nativitatis beate virginis, a. d. 1276, presentibus Johanne Abbate et Hugone Wizbrōtelin.

September 7.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 170 fasc. 32. or. mb. c. sig. pend. delapso.

- 15 87. Die Wittve Meister Rudolfs des älteren, des Münsterbaumeisters (?), stiftet diesem ein Anniversarium im Münster. Seelgerätstiftung.

November 2.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris presentis cedula inspectoribus, quod ego Heilika relicta quondam magistri Rudolphi senioris magistri fabrice ecclesie Argentinensis¹ bona mea subscripta, in quibus Johanni filio meo successi, in talem redigo servitatem, quod
20 exnunc in perpetuum eorundem honorum possessores, in quos eadem bona quocunque titulo translata fuerint, dabunt et assignabunt quocunque casu contingente et in omnem eventum decem solidos denariorum Argentine usualium distribuendos presentibus in choro ecclesie Argentinensis in anniversario predicti magistri Rūdolfi; quod utique anniversarium ab eisdem celebrabitur, ut est moris. in cujus rei perhennem memoriam et perpetuam firmitatem capituli
25 Argentinensis et curie Argentinensis sigilla presenti cedulae sunt appensa. sunt autem hec bona prescripta in banno Rūmersheim [folgt die Beschreibung.] actum et datum anno domini 1276, in commemoratione omnium animarum.

Aus Strassb. Bez. A. G 3631 (4026) 2. or. mb. c. 2 sig. pend.

31

88. C. j. c. A. in forma iudicii Wernherus filius fratris Johannis bone memorie quondam Verkauf.
30 scribe et canonici s. Thome Arg. et Reinherus maritus Gerthrudis, filie fratris ejusdem Johannis, pro eadem et pro Wichero de Ortenberc, filio fratris predicti Johannis, necnon Dietricus ante monasterium civ. Arg. pro Wolframō de Ortenberc, filio quoque fratris memorati Johannis, curiam sitam in Arg. inter 2 claustrales curias, quarum una zeme Napfe² et altera zū hern Vittelline nuncupatur, manu coadunata vendiderunt Heinrico preposito
35 Honaugensi pro 23 marcis argenti. A 2. Wernherus et Reinherus se obligant etiam pro Wichero adhuc minore. Dietricus faciet warandiam tantummodo pro parte Wolframum con-

¹ Bei der schwankenden Bedeutung dieser Titel (vgl. oben nr. 16 note 1) bleibt es zweifelhaft, ob Rudolf wirklich Architekt war. Ist er es, so würde er der erste Architekt am Münster sein, der sich nachweisen lässt. Auf ihn bezieht sich folgende von Wöltmann bei seiner Edition des Wohlthäterbuchs aus dem
40 Frauenhaus-Archiv (Repertorium für Kunstwissenschaft Bd. I, 260 ff.) übersehene Angabe zu 2 kal. junii [Mai 31]: «Item Lentfridus de Landesberg obiit, dedit palefridum, loriam et duas caligas ferreas. item Rūdolfus magister operis obiit, dedit unum bantzier et gladium.» Es folgen dann noch von erster Hand zusammen mit diesen eingetragen 8 Anniversarien, von derselben aber nach einander hinzugefügt 3 weitere. ² Vgl. Str. G. u. HN. S. 138 u. 184.

tingente, Reinherus pro uxore sua et Wichero. si aliquis contra premissa veniret, eligit se sententie excommunicationis subiacere. actum a. d. 1276, feria 6 post omnium sanctorum.

1276 November 6.

Aus Strassb. Thom. A. lad. 10 (Titres). or. mb. c. sig. pend.

Schutz-
versprechen.

89. Adelheid von Lichtenberg verspricht dem Kloster s. Katharina in Strassburg ihren Schutz. 5
1277 Januar 5.

Notum sit omnibus presentis cedula inspectoribus, quod nos Adelheidis domina de Liehtenberc propter devotionem, quam specialiter habemus ad beatam virginem Katherinam, universa bona monasterii beate Katherine extra muros Argentinenses et tam currus et equos et ejusdem monasterii familiam et colonos in nostram protectionem et conductum recipimus 10 specialem, injuriam et gravamen, si quod absit eisdem a quocunque inferatur, quasi nostram propriam reputantes. in cujus rei testimonium sigillum nostrum presenti cedule est appensum. actum anno domini 1277, in vigilia epiphanie¹.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 139 fasc. 18. or. mb. c. sig. pend.

Pfandbrief.

90. König Rudolf verpfändet an den Strassburger Bürger Stamph einen Garten in Illwickersheim. Wien. 15
Februar 17.

Rudolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod nos dilecto fideli nostro Stamphoni civi Argentinensi ob multe fidelitatis servicia, que nobis inpendit hactenus vel inantea exhibere poterit fructuosa, quendam ortum nostrum situm apud Illewiczheim prius obligatum Reinboldo dicto Stiubenwech vel ab eo 20 solutum pro octo marcis obligavimus vel obligamus presentium testimonio litterarum, de quo quidem orto predictus Stampho annis singulis duarum librarum cum dimidia vel decem capponum redditus recipiet pleniores predictum ortum tenens vel possidens tamdiu, quousque sibi per nos de predictis octo marcis plenarie fuerit satisfactum. in cujus rei testimonium presens scriptum sibi damus sigilli nostri munimine roboratum. datum Wienne, 13 kalendas 25 marcii, indictione 6, anno domini 1277, regno nostri anno quinto.^a

Aus Strassb. Stadt A. V. C. G. corp. B lad. 23 fasc. 1 ad 8. or. mb. c. sig. pend. delaps. Darnach abgedruckt Mone, Ztschrft f. Gesch. d. Oberrh. VI, 126 als zum Jahre 1276 gehörend. — Böhmcr, R. Rud. nr. 322 (nach Briefbuch A fol. 269, wo das Regierungsjahr durch quarto gegeben ist). Zur Datirung ist zu bemerken, dass die Indiktion, wie das Regierungsjahr nicht zur 30 christl. Jahreszahl passt (beide um 1 zu hoch). Die Abänderung in der Angabe des Regierungsjahres mag beweisen, dass hier man sich nach der christlichen Jahreszahl zu richten hat. Doch passt der Ausstellungsort auch für 1278.

Präbenden-
stiftung.

91. C[onradus], episcopus Arg., notum facit, quod nobilis vir Albertus de Talmassingcn, majoris et s. Petri ecclesiarum canonicus, in honorem s. Oswaldi regis prebendam instituit 35 in ecclesia s. Petri, cujus collatio est apud decanum ecclesie s. Petri. episcopus, prepositus, decanus et capitulum s. Petri consentiunt et sigilla sua una cum sigillo Alberti appendunt. datum 9 kalendas aprilis, a. d. 1277. März 24.

Aus Strassb. Bez. A. G 4713 (5085). or. mb. c. 5 sig. pend. mutil.

^a) Von anderer Hand mit anderer Tinte ist in die Lücke zwischen anno und quinto eingeschoben: Qu. quarto 40 liest die Abschrift in Briefbuch A fol. 269.

¹ Dieselbe befreit am gleichen Tage alle Besitzungen des genannten Klosters im Dorfe Wolfsheim von aller Steuer und Last, zum Heile ihrer Seele und ihres verstorbenen Gemahls Heinrich von Lichtenberg. Ebendasselbst. or. mb. c. sig. pend. delapso.

92. Das Kloster s. Arbogast giebt eine Hofstätte in Erbleihe an einen Hofsassan, der vorher die Rechte der vorhergehenden Hofsassan erworben hat. *Erbleihe.* 1277 April 19.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod Johannes natus quondam Friderici de Tancratsheim, et Drutelindis soror ejusdem Johannis per manum et consensum Hugonis dicti Schöneman mariti sui vendiderunt et tradiderunt pro decem et novem libris denariorum Argentinensium Johanni dicto Ströwelin, civi Argentinensi, omne jus, quod eis competebat in domo et area, que dicitur Spek und Erweisse, in civitate Argentina, confitentes se coram . . . iudice curie Argentinensis eandem pecuniam ab ipso Johanne Ströwelino plene et integraliter recepisse et in usus suos fore conversam. Nosque . . . prior et conventus monasterii sancti Arbogasti extra muros Argentinenses de communi consensu et deliberato habito inter nos consilio concedimus et concessimus eandem domum nostram et aream suprascriptam predicto Johanni Strowelino et suis successoribus tenendam ab ipsis in perpetuum et possidendam jure hereditario sub hac conditione: quod idem Johannes et sui inperpetuum successores edificabunt eandem domum et curiam, prout eis placuerit, sine dampno nostro de suis sumptibus et expensis. et dabunt nobis annuatim pro censu inperpetuum quatuordecim unceas denariorum Argentine usualium sine omni augmentatione, in festo scilicet Johannis Baptiste septem unceas et in nativitate domini similiter septem unceas, de qua summa nos unum solidum denariorum ad majorem Argentinensem ecclesiam dabimus annuatim. et si predictus Johannes et sui successores jus, quod eis competit in prenotatis domo et area, vendere vel obligare voluerint, primo nobis exhibebunt et, si nos emere noluerimus, vendent aliis absque nostra contradictione et sine fraude. et quicumque emerint receptores ipsius domus et curie, dabunt nobis erschatz. quotienscunque et quocunque titulo eadem domus et curia de una persona ad aliam fuerit devoluta, receptores similiter dabunt erschatz. in quorum omnium stabilitatem curie Argentinensis et nostrum sigilla presenti cedule sunt appensa. actum et datum anno domini 1277, feria secunda ante Georgii¹.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 174 fasc. 20. or. mb. c. 2 sig. pend. delaps.

93. C. j. c. A. in figura judicii Burcardus dictus Kuderer, Metza ejus uxor, et Gertrudis filia eorum confitentur se donasse donatione inter vivos manibus coadunatis (presente fratre Ludewico procuratore monasterii s. Katherine e. m. A.) dicto monasterio tertiam partem pro indiviso pertinentem ad ipsos passagii siti in superiori parte Reni dicti zû den Hunden. Ludewicus prefatus nomine priorisse et conventus dictam tertiam partem pro indiviso dictis conjugibus, eis vero defunctis Gertrudi concedit pro tempore vite utifruendam, ita quod post Gertrudis mortem remaneat apud monasterium, non apud heredes. sig. cur. Arg. cum sigillis priorisse et conventus est appensum. datum a. d. 1277, feria sexta ante pentecosten. *Schenkung.* Mai 14.

Aus Strassb. Stadt A. AA 1691. or. mb. c. 3 sig. pend. Darnach abgedruckt in Mone, Ztschft. f. Gesch. des Oberrh. XVI, 132.

94. Burkard, Sicken Sohn, verkauft seinen Anteil an dem Hause zu Stolzenecke an Johannes von Geudertheim. *Verkauf.*

Juni 8.

Wir Markus der meistere, der rât und die gemeinde von Strazburg tûnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehôrent, das Burcart, Burcartes seligen Sicken sun, mit Eberhartes hant sins vetteren unde mit sinere mûtere willen unde gehelle vurn Gerine so het er verkôft und gegeben ze cöffenne sin teil dez husez, das da heisset Stolzenecke, und hievor was heren Gervasion, und dez er ze erbi kummen was von deme vorgebant Burcarte sinen

¹ Vgl. UB. I, 295 u. 311. Das Haus (que appellatur Speg und Erweissen) von dem Kloster Arbogast zu den vorgenannten Bedingungen (V. Er. 1) in Erbleihe zu haben, erklärt Burcard Pfiler, Ritter von Strassburg. 1307 Januar 7. Or. ebendasselbst.

vattere, das was dis huz halbez, das het er gegeben ze cöffenne heren Johanni von Gödert-
heim zü deme Mulböme, unseren burgere, umb ahte mark silberes luterer und lötigez dez
gewigez von Strazburg, ze habenne in allen deme rehte, alz es sin vattere und er hettent oder
soltent han gehebit, als der stette brief drubire gegeben wart, da ez heren Gervasion erben
gabent ze cöffenne Burcarte Sicken seligen und deme vorgeanten Johanni von Goudertheim; 5
und het veriehen, das er dirre ahte marke gar gewert ist von heren Johannese; unde sol
öch sin wer sin dis halben husez, alse reht ist. sin vorgeante mütere vur Gerin het öch
veriehen, das dis selbe halbe huz vül in Burcartes irs sunez teil, da sie mit ime teilte, und
derumbe hette sie kein reht me drane . . were aber das si kein reht me drane hette, das
het sie vor uns ufgegeben in Johannis gewalt von Goudertheim. das dis war si und stete 10
blibe, derumbe ist unserere stette ingesigele an disen brief gehenket. dis geschach an deme
ciztage nach Bonefacii, da von gots geburte warent tusent iar zweihundert iar und sibeni unde
sibencig iar. her ane warent here Niclawes Zorn u. s. w. folgt der Rat¹.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 174 fasc. 32. or. mb. c. sig. pend.

Aufbringung
der
Gerichtskosten.

95. C. j. c. A. procuratores monasteriorum s. Marci, s. Agnetis, s. Katherine, s. Johannis 15
ad canes, s. Nicolay, penitentum, s. Clare, predicatorum, Augustinensium, minorum fratrum,
saccitarum necnon monasterii s. Margarete quondam dictorum de Ekeboltzheim, et leprosorum
de Rothenkirch presente Friderico procuratore dominarum de s. Elizabet remittunt dominabus
de s. Elizabet, quidquid hactenus perceperunt de prato dicto der brügel sito zü Finkenwilre,
de quo prato H[einricus] quondam dictus Babunsun civis Arg. ordinavit in suo testamento² 20
remedia dari monasteriis antedictis per dictas dominas de s. Elizabet, gratia expensarum in
figura iudicii a dictis dominabus factarum pro obtinendo remedio antedicto contra heredes
H[einrici] predicti, ita, quod de cetero hoc anno excepto debent remedia illa ministrare.
actum anno domini 1277, feria 3 post festum Udalrici. 1277 Juli 6.

Aus Strassb. Stadt A. lad. s. Nicol. Thom. Stephan fasc. I. or. mb. c. sig. pend. 25

Tauschgeschäft.

96. Reinbold Liebenzeller u. a. vertauschen mit dem Kloster s. Clara auf dem Ross-
markt ihre Gasse am Rossmarkt mit Besitzungen zu Rotenkirchen und Schiltigheim. 30
Juli 14.

Wir Reinbolt der Liebencellere, Reinbolt sin brüdere, unde Reinbolt Turant sin vettere
tünt kunt allen den die disen brief gesehent oder gehörent, das wir vur uns unde vur alle 30
unsere erben hant gewöhzelt unde gebent unde hant gegeben der . . ebtischinne unde deme
convent sante Franciskan clohsteres in der stat ze Strazburg unsere gasse amme rossemerkite,
die da lit zwischent deme selben clohstere und Ottun gassen von Pfettensheim, umb ir hübe
ze Schiltkenim und umbe garten ligent ze Rotenkirchen, di da hórent zü dirre selben hüben,
die in meistere Niclawes selige gab dere probist von sant Thomane, von den garten men öch 35
git ze cinse iergelichs drizig schillinge sibeni pfenninge minre. dise vorgeschribene gasse geben
wir deme vorgeanten clohstere vur lidig eigin, unde sulnt öch wir und unsere erben iemerme
wer sin, das dise gasse lidig eigen si. wir veriehent öch, das uns die vorgeanten frowen
nach gabent und gegeben hant zwa und drizig marc silberes, und das wir die von in enpfan- 40
gen hant. daz dis wär si unde stete blibe, derumbe ist durch unsere bette der stette inge-
sigele von Strazburg mit unseren ingesigeln an disen brief gehenket. dis geschach an sante
Margareden abende, do von gots geburte warent tusent iar zweihundert iar und sibeni unde
sibencig iar. herane warent here Johannes ginsit Bruschi u. s. w. folgt der Rat.

Aus Strassb. Stadt A. V. D. G. lad. 51. or. mb. c. 3 sig. pend. quorum 1 delapsum.

¹ Vgl. UB. I, 228, 12. ² Vgl. nr. 39.

97. Marcus der meister und der rat von Strassburg machen bekannt, dass « her Berhtolt von Fürstenberg, sant Anthonien wissenthaft pflieger, » alle seine matten zu Willestette gegeben hat « ze rechter gifte Berhtolde, deme schüler, genant Pfortzheim, und Rüdolfe und Katherinen und Metzeline, und Hedewige, dirre kinde mütter. » auch hat er ihnen gegeben
 5 zwei « huser an sant Andres orte ze Strazburg, ligent gegen sant Andres hofe über, und ein hus in Webergasse zwiscent dez Kagen hof und hern Branzen huses ¹, unde daz halb ofenhus an hern Bruncken gesselin ² und daz ofenhus, daz Übelruzses waz bi den Augustinern vor der muren ze Strazburg. » die mutter und iedes kind sollen daran gleichen teil haben. die schenkung hat empfangen herr Johannes in Kalbesgasse, den sie vor gericht zu ihrem
 10 vogt genommen haben. « dis geschach an sante Jacobes abende, 1277. herane warent wir her Niclauwes Zorn, her Buchart der Spender und her Reymbolt der Liebenceller. »

1277 Juli 24.

Aus Strassb. Thom. A. Registr. A fol. 113. cop. chart. nach einer eidimatio ausgestellt vom officialis curie Arg. feria 6 ante dominicam Invocavit, sub a. d. 1303. Februar 19.

98. Hugo dictus Wizbrötelin civ. Arg. in Gotfridi quondam Frumentarii et Rilindis uxoris sue, ipsius, et uxoris sue, et Richwini sororii sui, ac omnium progenitorum suorum animarum remedium redditus 40 quartalium siliginis donat altari s. Blasii in ecclesia s. Thome Arg., ordinans de consensu capituli s. Thome, quod dominus Guntherus sacerdos nunc proxime per ipsum presentatus preposito dicte ecclesie ad dictum altare s. Blasii et ab
 20 illo investitus de eodem hos redditus teneat nomine prebende. donator jus presentationis ejusdem prebende sibi et post mortem ipsius antiquiori de parentela uterina uxoris sue, et, si de parentela donatoris et uxoris nemo supererit, antiquiori de parentela Richwini reservat. que utique presentatio facienda est infra 14 dies proximos a tempore vacationis, alioquin presentatio ad decanum devolvitur. hic sacerdos cottidie faciet omnium prenominatorum et
 25 progenitorum dictorum donatorum commemorationem animarum devote divina in eodem altare celebrando; chorum quoque s. Thome, sicut alii ibidem prebendarii, frequentabit, et si non poterit celebrare, procurare debet, quod alius sacerdos loco sui celebret illa vice; prebendarius facere debebit obedientiam preposito et decano s. Thome, qui pro tempore fuerint. oblationes sibi presentate custodi dicte ecclesie integraliter sunt assignande. sigilla curie Argentinensis
 30 et domini thesaurarii, capituli et decani ³ ecclesie s. Thome sunt appensa. sequitur specificatio honorum. actum et datum a. d. 1277, in vigilia b. Jacobi apostoli.

Juli 24.

Aus Strassb. Thom. A. lad. 25 (Titres). or. mb. c. 5 sig. pend. (quorum 2 delaps.)

99. Decanus totumque capitulum ecclesie Arg. notum faciunt, quod bone memorie dominus Albertus de Talmessingen concanonicus ipsorum ordinavit in eccl. Arg. prebendam.
 35 collatio ipsius prebende pertinet ad canonicum, qui tenuerit curiam, quam Albertus inhabitavit. prebenda nulli assignari debet vel conferri, nisi tantum ei, qui fuerit in ordine sacerdotii constitutus ac bone conversacionis et vite quique nullum beneficium ecclesiasticum habeat quod clericus habere consuevit vel si quod habet nisi libere prius illud resignet. in altari capelle s. Andree, quod est de thesaurarii consensu deputatum eidem, ipse prebendarius nisi
 40 legitime fuerit impeditus missam cotidie debet celebrare (hoc modo videlicet: qualibet die dominica officium ipsius diei, feria secunda et quinta pro defunctis, feria tertia et sabbato de b. virgine, feria quarta de b. Andrea apostolo et Nicolao confessore vicibus alternatis, sexta vero feria de s. cruce ac s. Johanne ewangelista eciam alternatim, in festis autem sanctorum de ipsis sanctis). in die dedicacionis altaris et in festo Petri et Pauli et Andree came-

Juni 29.
Nov. 30.

¹ Vgl. nr. 52. ² Vgl. Str. G. u. HN. S. 48. ³ Nach dem Siegel: Johannes.

rarius eccl. Arg. in predicto altari celebrabit et oblaciones ad missam recipiet. oblaciones alie dividuntur inter prebendarium, camerarium predictum necnon vicarium s. Laurentii. investitura prebende pertinet ad thesaurarium. prebendarius missam suam incipiet post elevationem ostie misse illius, que circa horam prime ad altare s. Laurentii celebratur. et si missam pro defunctis celebraverit, sepulturam dicti Alberti ac eciam Cûnradi fratris sui de Talmessingen quondam cantoris eccl. Arg. visitare debet. prebendarius decano faciet obedientiam manualement, et particeps erit distributionum chori. sigilla decani, capituli et thesaurarii sunt appensa. datum Argentine, pridie nonas septembres, a. d. 1277. **1277 Sept. 4.**

A aus Strassb. Archiv des Domkapitels. or. mb. c. 3 sig. pend. delapsis.
B ebendasselbst. or. mb. c. 3 sig. pend. mutil.

Zeugenregist. **100.** In einer Urkunde, ausgestellt vom bischöfl. Hofrichter, worin Herr Günther von Landsberg seiner Gattin Anna mehrere Güter schenkt, erscheinen als Zeugen: « actum presentibus fratribus minoribus videlicet fratre Gotfrido lectore, fratre Friderico de Wangen, fratre Heinrico de Scherwilre, et fratre Hartliebo, Nicolao fratre quondam Reinboldelini, et Wezelone Marsilii civibus Argentinensibus, Heinrico procuratore, et Walthero cellerario predicti domini Güntheri, Methildi, et Adelhedi beginis. » **September 7.**

Aus Strassb. Hosp. A. Iad. Hôp. I nr. 77. or. mb. c. sig. pend.

Schenkung. **101.** C. j. c. A. Edellin, filia Margwardi de Friesenheim, in remedium anime sue donatione inter vivos donat fratribus predicatoribus in Arg. medietatem domus, que sita est retro lobium pellificum, que est conjuncta domui beginarum der Westermanin, cum area et cum omnibus, que in edificaverit usque ad mortem suam, salva sibi habitacione et usu pro vita sua. datum et actum a. d. 1277, pridie idus octobres. **Oktober 14.**

Aus Strassb. Hosp. A. Prot. Prédic. 107 (s. XIV) fol. 40 b. cop. membr.

Verkauf. **102.** Eberhardus et Marquardus scolasticus dicti de Entringen, Argentinensis ecclesie canonici, provisores et gubernatores fabrice ecclesie Arg., de mandato et consensu episcopi Argentinensis et prepositi, decani totiusque capituli dicte ecclesie vendiderunt Heinrico preposito ecclesie Honaugensis curiam ipsius fabrice contiguam claustrali curie ecclesie s. Thome Arg., quam nunc detinet prepositus ecclesie Basiliensis ejusdem ecclesie s. Thome canonicus, sitam in parrochia s. Thome in vico, qui dicitur zû dem Rosse, quam quondam inhabitavit Cûntzelinus nuncius et famulus consulum et civium civitatis Argentinensis, pro 23 marcis argenti. de curia et area non plus dantur nomine census quam 7 uncee den. Arg. ecclesie s. Thome. episcopus Cûnradus et capitulum suum consensum adhibent. Eberhardus et Marquardus constituunt fabricam ac se ipsos, quam diu essent rectores fabrice, warandos venditionis predicte. sigilla episcopi, prepositi, decani et capituli eccl. Arg. sunt appensa. datum 15 kalendas januarii, a. d. 1277. **Dezember 18.**

Aus Strassb. Thom. A. Iad. 10 (Titres). or. mb. c. 4 sig. pend. Diese 4 Siegel sind aber die des Bischofs, des Kapitels und der beiden Domherrn von Entringen; während nach dem Wortlaut der Urkunde statt der beiden letzteren der Propst und Dechant ihre Siegel angehängt hätten.

Schenkung. **103.** C. j. c. A. in forma judicii Demûdis nata Guntheri de Brûmat, et Junta filia Odilie de Grafsteten in Argentina omnia bona sua sibi mutuo tradiderunt, ita quod illa, que primo morientem supervixerit, det fratribus predicatoribus 1 lib. den. Arg., apud quos eligunt sepelliri. post mortem ambarum omnia bona cedunt fratribus predicatoribus. jus mutandi hoc legatum sibi reservant. actum et datum feria tertia post epiphaniam domini, a. d. 1278.

1278 Januar 11.

Aus Strassb. Hosp. A. Prot. Prédic. 107 (s. XIV) fol. 86. cop. membr.

104. *Das Kloster zu Altorf verkauft seinen Hof in Strassburg an das Kloster s. Clara zu Strassburg.* Verkauf.

1278 Januar 29.

Ad precludendam posteris cavillandi materiam, monet equitas, suadet et rationis sinceritas, ut ea, que fiunt et contrahuntur legitime, ne a quoquam calumpniari valeant, litterarum testimoniiis roborentur. noverint igitur universi, quos nosse fuerit oportunum, quod nos Symundus, divina patientia abbas, et conventus monasterii in Altorf ordinis sancti Benedicti Argentinensis dyoceseos ob necessitatem et evidentem utilitatem nostri monasterii curiam nostram sitam ex opposito capelle sancti Michabelis extra muros Argentine civitatis cum domo eidem inedicata et area, cunctisque infra ambitum ejusdem curie ex utraque parte fossati intermedii situs seu contentis pro libera et propria omnique censu ac qualibet exactione immuni, excepto censu quatuor solidorum Argentinensium, quorum duo denarii ecclesie sancte Aurelie, reliqui vero ecclesie sancti Thome sunt annis singulis persolvendi, vendimus et vendidisse nos recognoscimus venerabilibus in Christo ac religiosis dominabus . . . abbatisse videlicet et sororibus ordinis sancte Clare Argentinensis pro quindecim marcis puri et legalis argenti, reverendi patris nostri ac domini Conradi, dei gratia Argentinensis episcopi, consensu et voluntate plenius accedente. quam pecuniam confitemur nos recepisse et in utilitatem nostri monasterii convertisse, nobisque de eodem argento plene satisfactum. constituentes nos warandos dicte curie et ceterorum, que preacta sunt, ac defensores, ita quod si predictas dominas super hiis a quocunque vel quibuscunque impeti contigerit quomodolibet seu molestari, nos ipsas ab hujusmodi impeticionibus relevabimus et per omnia reddemus indemnes. in quorum certitudinem presentem litteram sigillo domini nostri episcopi antedicti ac nostris communitam sepedictis . . . abbatisse et sororibus tradimus testimoniam. nos Conradus, dei gratia Argentinensis episcopus, dictum venditionis contractum, considerata utilitate ac necessitate monasterii in Altorf antedicti, de scito et assensu nostro habitum ratum habentes gratum atque firmum, eundem presentibus approbamus, et etiam confirmamus, sigillum nostrum huic littere in evidentiam eorum, que acta sunt, plenioram appendi facientes. acta sunt hec anno domini 1278, sabbato ante purificationem beate virginis ¹.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. Hóp. XLVII fasc. 34. or. mb. c. 3 sig. pend.

105. *Irmengardis Kencingin verkauft eine Hofstätte den Augustinern.* März 6. Verkauf.

Lucas magister et consules Argentinenses notum facimus tam presentibus quam futuris, Irmengardim Kencingin, et Heinricum filium ejus, nostros concives, manu coadunata vendidisse aream suam . . . priori et collegio fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini domus Argentinensis sitam prope oratorium eorundem fratrum et bona minorum sancti Arbogasti ibidem contigue sita, confitentes se ab eisdem fratribus 7 marcas puri et legalis argenti ponderis Argentinensis pro area hujusmodi nomine precii recepisse, ac constituentes se et heredes suos warandos ejusdem aree pro propria generaliter adversus omnem hominem, ut est juris. renunciaverunt etiam exceptioni pecunie non numerate non tradite non recepte, beneficio constitutionis, quo juvantur decepti ultra dimidium justis precii, et generaliter omnibus defensionibus et exceptionibus, quibus juvari possent contra hujusmodi venditionis contractum seu presens instrumentum. cui sigillum civitatis Argentine de consensu et ad petitionem predictarum partium est appensum. actum anno domini 1278, pridie nonas marcii, presentibus

¹ Vgl. UB. I, 243 u. 397 u. Str. G. u. HN. S. 185. Von demselben Hof (der Hof von Altorf) zahlt das Kloster s. Clara an s. Thomas zu Ostern 4 Schillinge weniger 4 Pfennige, zu Johanni 4 Unzen Strassb. Pfennige. Ehrschätz wird nicht gezahlt. Das gibt urkundlich das Kloster s. Francisci ord. s. Clara in Argentina. 1281 Juni 11. Aus Str. Thom. A. Registr. A fol. 13. (cop. chartae. s. XIV.)

domino Johanne ultra Bruscam, et domino Hugone Ripelino, et Nicolao de Kagenecke, et Luca, quatuor magistris, et consulibus Argentinensibus. interfuerunt Hesso in aqua et Johannes zollere, Fridericus Pfaffenlab et Yme Abbas frater predicti Kencinges.

Aus Strassb. Thom. A. lad. Augustin. 10. or. mb. c. sig. pend. mutil.

Zeugenegeest. 106. C. j. c. A. in forma iudicii Johannes miles de Ritenburg, et Gerina uxor ejus, de Lampertheim vendunt bona in banno ville Lampertheim pro bonis hereditariis Johanni dicto Loselin, civi Arg., pro 46 marcis argenti. «actum et datum feria quinta proxima ante dominicam qua cantatur Oculi, anno domini 1278, presentibus Johanne milite de Riegol, Rulino, . . dicto Hornelin, Petro dicto Bere, Reinboldo Loselino, et domino Luca magistro civitatis Argentine peragente contractum hujusmodi nomine Johannis predicti.» **1278 März 17.** 10

Aus Strassb. Bez. A. H. 1478. or. mb. c. sig. pend.

Präbendenstiftung. 107. Conradus dictus Tantz civ. Arg. de consensu Anne uxoris sue donat altari b. Katherine in ecclesia b. Nicolai Arg. ultra Bruscam redditus quosdam de molendino nunc inutili et desolato in Pfettensheim et alios redditus ad instituendam prebendam sacerdotalem in dicta ecclesia, ad peragenda anniversaria donatorum, Hugonis¹, et Gertrudis, parentum dicti Conradi. 15 item dat ad eandem prebendam census arearum, quos solvit Zöbelin panifex de 2 areis contiguus domui predicti Tantze 8 unc. et 4 capones, Ulricus rufus de 2 areis 9 unc. et 2 capones, dictus Reder de 1 area 5 unc., mulier dicta Ymmetza de 1 area 5½ sol., Johannes Mündelin de area 5½ sol. actum et datum a. d. 1278, feria tertia post dominicam Letare. **März 29.** 20

Aus Strassb. Thom. A. Registr. C fol. 132. cop. mb. s. XIV exeunt.

Testament. 108. Conradus dictus Tanze civ. Arg. de consensu expresso Anne uxoris sue statuit testamentum subscriptum. cum sibi non sint liberi, de bonis, que cum uxore habet communia, 2 partes ipsum contingentes integre et complete legat in remedium anime sue: de bonis mobilibus legat fratribus minoribus 10 lib., viceplebano s. Nicolai ultra Bruscam 1 lib., suo socio ibidem 5 sol., scolari ibidem 3 sol., altari b. Katherine² in eccl. s. Nicolai ultra Bruscam 10 lib., ut ex illis unus calix cum patena, casule missales, libri ad officium divinum necessarii et alia ad divinum servicium necessaria ad idem altare comparentur; eidem altari s. Katherine omnes pannos lineos seu vestes lineas, ut ex illis ornamenta comparentur; item hospitali s. Leonhardi in Arg. 6 lectos; item hospitali in Rinowe 4 lectos; item hospitali 30 in Birtelgreffe 2 lectos; item hospitali apud s. Arbogastum 2 lectos; item ad collegium fratris Ulrici in nigra silva apud Kniebûs 4 lectos; item Katherine filie sororis sue moniali monasterii s. Marci, item Agneti filie sororis sue moniali monasterii s. Agnetis, item Agneti dicte Tenzin moniali monasterii s. Elisabeth, cuilibet 1 lib.; item Conrado notario curie Arg. dicto de Veringen 2 marcas; item fratri Hugoni de ordine minorum 1 lib.; item fratri Heinrico 35 de s. Stephano de ordine minorum 1 lib. ad comparandum tunicas eidem; item Wilhelmo dicto Tanze fratri suo 10 marcas. si quid vero de 2 partibus legatorem contingentibus de bonis mobilibus supererit, vult, ut medietas illorum cedat operi b. virginis in Arg. et reliqua medietas ad passagium ultra mare. item legat ecclesie superiori in Tambach bona ibidem sita; item inferiori eccl. s. Johannis in Altenwilre bona ibidem; omnia alia bona et possessiones in bannis villarum Tambach et Willestette et possessiones subscriptas in civitate Argentina (paucis agris et redditibus exceptis) legat hospitali s. Leonhardi in Arg., usufructu 40 tamen Anne uxori sue pro tempore vite reservato. «situs honorum in Argentina talis est: unus ortus apud monasterium s. Elisabeth, 1 ortus cum domo et 3 domus contigue, que omnia

¹ Vgl. UB. I, 290 nr. 383. ² Vgl. nr. 107.

sita sunt infra civitatem Argentinam an der mure in parrochia s. Nicolai, item 1 curia, quam inhabitat dictus Cremppe, item 1 curia, quam inhabitat dictus Butzekint, item curia, quam inhabitat dictus Trocheman, que site sunt in vico dicto des Tanzegasse¹, item legat 4 unceas redditus censuum de area domus, quam inhabitat Heinricus dictus Hartheim, altari s. Katharine in eccl. s. Nicolai, ita tamen, ut de ipsis in elevacione hostie candela ardens ministretur. hujus testamenti executores constituit prepositum eccl. Honaugiensis, magistrum Dietmarum de Ehenheim, fratrem Heinricum de s. Stephano de ordine minorum et Wilhelmum Tanze fratrem suum. rogat judicem curie Arg., ut sigillum curie predicte appendat. datum et actum feria tertia post dominicam Letare, a. d. 1278.

1278 März 29.

- 10 *A aus Strassb. Hosp. A lad. 30 fasc. 4. or. mb. c. sig. pend.*
B daselbst lad. Hóp. XXXIII fasc. 4. or. mb. c. sig. pend.

109. Magister Waltherus prebendarius eccl. Arg. olim disposuerat de domo et area sitis in c. A. in vico zū dem Bruncken et eadem prebende sue in eccl. Arg. donaverat. nunc hoc legatum revocat et donat aream et domum Walthero clerico scolari suo; post ejus mortem domus vendi debet et redditus ementur, quos legat sacerdoti celebranti in cappella s. Gregorii in Arg., qui anniversarium suum et Heinrici quondam de Brendowe peraget. sigilla Bertholdi de Ohsenstein decani, Marquardi de Entringen scolastici, et Friderici de Richembach portarii et capituli eccl. Arg. sunt appensa. actum 4 kalendas maji, a. d. 1278.

April 28.

Aus Strassb. Archiv des Domkapitels. Münsterchorcopialbuch fol. 51 b. cop. s. XIV.

Schenkung,
Seelgerät-
stiftung.

20 110. Priorissa et conventus monasterii s. Marci e. m. A. notum faciunt, quod curiam suam² sive ortum situm apud Vulnburgeror prope curiam hospitalis locaverunt Wolffhelmo pro media parte et Dietrico Herbario pro alia medietate tenendum jure hereditario (vulgo in erbirehte). dabit autem uterque ipsorum annuatim 7 sol. et 6 den. Arg. et 1 caponem. Er. 4. V. sigilla priorisse et conventus sunt appensa. actum a. d. 1278, in crastino b. Sophye.

Erbleihe.

Mai 11.

Aus Strassb. Hosp. A lad. s. Marc. IX fasc. 38. or. mb. c. 2 sig. pend. (quorum 1 mutil.)

111. Vor dem hofrichter zu Strassburg haben herr Rudolf, ein ritter von Bergheim, Cun sein bruder, Else, Lügart, Gertrud, ihre schwestern, verkauft an Agnes herrn Günthers des Burggrafen hausfrau den Branthof³ in der Brantgasse zu Strassburg für 40 mark silbers, das siegel des hofes zu Strassburg ist angehängt. «der geben wart an dem nehesten mentage vor dem Nontage, 1278.»

Verkauf.

Mai 23.

Aus Strassb. Hosp. A Prot. s. Elisabeth. 205 (s. XV) lit. 8 nr. K. Deutscher Auszug des wohl latein. Originals.

112. C. j. c. A. Conradus dictus Mule et Gisela uxor ejus, cives Argentinenses, domum suam in c. A. sitam in parrochia sancti Stephani inter domum magistri Engelberti e. u. e. domum petitoris dicti Babest e. p. a. vendiderunt Conrado nuncio fabrice b. virginis Argentinensis, et Hedewigi uxori sue pro 12 lib. den. Arg.; ita quod de area 5 sol. nomine census dominis aree solvantur. venditor constituit se warandum juxta consuetudinem civitatis. Gisela abjurat omne jus sibi competens. Conradus Hedewigi donat in donacionem propter nupcias domum predictam. actum a. d. 1278, feria quarta post festum decollacionis b. Johannis Baptiste.

Verkauf,
Wittums-
stiftung.

August 31.

Aus Strassb. Bez. A. G 4824 (5196) 3. or. mb. c. sig. pend.

a) feria — Baptiste mit anderer Diute hinzugefügt.

¹ Vgl. Urkunde nr. 129. ² Nach Dorsualnotizen an der Steinstrasse. ³ Vgl. St. G. u. HN. S. 40.

Verkauf. 113. Johannes in vico vituli residens natus quondam judicis, civ. Arg., et Johannes, Rüdolfus, Hugo, Cünradus, Sophia, et Bertha, liberi Johannis, vendunt aream suam sitam ante monasterium, quam inhabitat et edificatam habet Meingotus barbitonsor, decano et capitulo eccl. Arg. pro 8½ marcis argenti. sig. cur. Arg. est appensum. actum et datum a. d. 1278, 3 nonas octobris. « presentibus cum dicto Johanne et liberis suis omnibus Heinricho Lenzelin, Úlrico Bockelin et Heinricho dicto Durre scabinis civitatis Argentine, et aliis fide dignis vocatis a venditoribus predictis in stabilitatem prescriptorum omnium firmiorem. »

1278 Oktober 5.

Aus Strassb. Archiv des Domkapitels. Kopialbuch des Münsterchors fol. 2 b u. fol. 29 b. cop. s. XIV.

Schenkung. 114. C. j. c. A. in forma judicii Junta puella, nata Katharine relicte Heinrichi Marsilii civis Arg. (per manum Nycolai dicti Mursel tutoris sui) donavit monasterio dominarum s. Francisci civitatis Arg. bona subscripta cum pleno jure domini, proprietatis titulo. predicti Nicolaus et Katharina promittunt, quod si forte persona quecunque dictum monasterium super bonis subscriptis gravaverit, de hoc ipsum liberabunt. bona sita sunt in c. A.: domus lapidea cum area sita prope domum dominarum s. Nycolai retro lobium pellificum, solvens annis singulis in censu 3 lib., item 4 agri in uno sulco ex ista parte rufe ecclesie inter Johannem de Sarburg et leprosos solventes 3 lib. minus 10 sol. et 8 cappones, item bona in banno Künheim, Swindratzheim. actum a. d. 1279, in crastino Hylarii.

1279 Januar 14.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 49 fasc. 20. or. mb. c. sig. pend.

*Eintausch
einer Leibzucht
für
Erbleiherechte.*

115. Vor dem hofrichter zu Strassburg hat frau Hedwig, Cüntzelins seligen wittwe, des stadtschreibers zu Strassburg, geschenkt dem kloster s. Elisabeth vor Strassburg « einen garten mit apfeltern und reben mit allem gebuwe, item und einen garten gelegen hunder dem huse zúm Karppen zúhet sich uff der stat rinckmure zú Strazburg », welche ihr und « Heinrichen des Baben sún seligen » von dem genannten kloster zu einem rechten erbe geliehen sind; dagegen erhält sie und ihre schwester Metze für ihre lebenszeit einen jährlichen kornzins vom kloster. die siegel des hofes und des convents sind angehängt. « uff samstag nehest noch sant Paulus bekerung, 1279¹. »

Januar 28.

Aus Strassb. Hosp. A. Prot. s. Elisabeth 205 (s. XV) lit. 8 nr. L. Deutscher Auszug.

Verzicht auf Besitzansprüche.

116. Eberhardus marscalcus, Waltherus, Heinrichus clericus dictus Visbach, et Waltherus fratres, filii Waltheri quondam marscalci de Argentina, renuntiant juri sibi competenti contra priorissam et conventum s. Elizabeth e. m. A. et alias personas occasione honorum sitorum apud Vinkenwilre prope monasterium dictum, que bona quondam Heinrichus dictus Babensun a predicto Heinricho comparavit, confitentes dicta bona esse propria nec feodalia. Eberhardus, Waltherus, filiaster advocati de Wascelnheim, et Heinrichus dictus Visbach clericus sigilla sua appenderunt. Waltherus vero filiaster domini de Etendorf Eberhardi fratris sui sigillo usus est. datum feria tertia ante purificationem, anno domini 1279².

Januar 31.

Aus Strassb. Stadt A. lad. Chartr. s. Thomas. or. mb. c. 3 sig. pend. partim delapsis.

Verkauf. 117. C. j. c. A. in forma judicii Sophya relicta Gotfridi dicti Krebesser, Sophia, et Ottilia, filie ejus, et Johannes filius ejus, manu coadunata vendiderunt domum suam cum area et edificiis dictam zú dem Krebesse sitam in superiori strata civit. Arg. Sigelino dicto Vehin civi Arg. pro 68 marcis argenti. promisit etiam dicta relicta per juramentum, quod si

¹ Vgl. nr. 50 ² Vgl. nr. 63.

1045. C. j. c. A. Hermannus junior de Geroltzecke, canonicus ecclesie Arg., «ad altare Prüben-
constructum de novo et fundatum per ipsum in cappella b. Martini sita in ambitu dicte stiftung.
ecclesie apud capellam b. Andree apostoli» donat redditus quosdam. jus patronatus est apud
seniorem familie de Geroltzecke, qui canonicus ejusdem ecclesie est, deficientibus de dicta
5 parentela autem canonicis, apud illum, qui curiam claustralem ipsius Hermanni, in c. A.
apud curiam Burcardi dicti de Mülnheim civ. Arg. sitam, tenebit. actum idus junii, a. d. 1324.

1324 Juni 13.

Aus Strassb. Bez. A. G 1500 (1918). d. vid. mb. von 1439 ausgestellt vom judex curie thesaurarii.

1046. C. j. c. A. Anna antiquior, nata quondam Berhtoldi dicti Bettiche de Argentina, et Rentenkauf.
10 Katherina, nata quondam Gisele sororis dicte Anne, item Anna, Elsa et Nicolaus, liberi
quondam Katherine, similiter sororis prefate Anne antiquioris, manibus choadunatis vendide-
runt pro 16 lib. et 5 sol. den. Arg. Johanni dicto de Geispoltzheim et Cûnrado dicto de
Meistersheim, prebendariis ecclesie Arg., redditus annuos 4 lib. den. Arg. per venditores
solvendos super domo, area et orto, sitis in c. A. inter piscatores juxta Eberlinum dictum
15 Zigeler. emptores emunt nomine chori cum pecunia Ūlrici dicti Lorber presbyteri Arg. Er. 4.
V. A. 1. redditus post obitum Ūlrici cedent ad anniversarium ipsius peragendum. actum
7 kalendas julii, a. d. 1324¹. Juni 25.

Aus Strassb. Bez. A. G 3659 (4054). 2. or. mb. c. sig. pend. et transfix.

1047. Ūlricus dictus Lorber presbyter, prebendarius altaris b. Marie virginis constitutus Prüben-
20 in eccl. s. Andree Arg., auctoritate Johannis episcopi Arg. de consensu Brigide abbatisse et stiftung.
conventus monasterii s. Stephani Arg. instituit prebendam sacerdotalem in cappella b. Michelis
sita juxta dictum monasterium s. Stephani. prebendarius actu sacerdos esse debet et qualibet
die in dicta capella misse officium peraget, item singulis diebus dominicis et festivis in choro
predicti monasterii sicut canonici ibidem missis publicis interesse debet. in die anniversarii
25 Ūlrici prebendarius cum 4 sacerdotibus anniversarium peraget et sepulcrum ejus visitabit.
collacio prebende, quam prima vice sibi reservat, erit apud abbatissam predicti monasterii,
cujus regimini etiam subest prebendarius. bona ad prebendam donata sita sunt in Bossendorf.
sigilla episcopi, abbatisse et conventus sunt appensa. datum 2 idus julii, a. d. 1324.

Juli 14.

30 Aus Strassb. Bez. A. H 2863 (Copialb. von s. Stephan s. XIV) fol. 31. cop. mb.

1048. C. j. c. A. Cûnradius dictus Schotte, cantor ecclesie s. Thome Arg., legat episcopo Testament.
unum fertonem argenti, item decano et capitulo dicte ecclesie redditus annuos 4 lib. den. Arg.
cum 40 lib. comparandos ad anniversarium suum peragendum, item fabrice dicte ecclesie
redditus 4 lib. den. Arg. cum 10 lib. comparandos, item cuilibet liberorum ipsius de 5 liberis
35 2 carratas vini recipiendas ex cellario suo; qui si per heredes Cûnradi impedirentur, quo-
minus possent consequi dicta vina, quod tunc cedant vina dicte fabrice. datum 17 kalendas
augusti, a. d. 1324. Juli 16.

Aus Strassb. Thom. A. lad. 25 (Titres). or. mb. c. sig. pend.

1049. 10 Schöffen machen den Vertrag bekannt, den die Söhne Heinrich Wetzels über Erbschafts-
40 dessen Nachlass, besonders über den Sedelhof am Holwige, gemacht haben. regelung. Juli 17.

Wir Gözelin von Kagenecke, Johannes Hunesvelt sin brüder, Götz von Grozstein, Bilgerin der alte, Johannes Swarber, Reimbolt Reimböldelin, Clawes von Grozstein rittere, Johannes

¹ Dieselben verkaufen dann noch an denselben Käufer (Johann von Geispoltzheim Pfründner Vertreter) auf demselben Hause eine weitere Rente von 5 Schillingen für 4 Pfund Pfeninge. 1326 Juli 29 und September 2, 1327 Februar 16. Or. daselbst. Transfix an der Haupturkunde.

Globelöch, Erbeler von Schiltinheim unde Rüleman Swarber, scheffele zû Strazburg, tûnt kunt allen den, die disen brief sehent unde hõrent lesen, das wir hiebi warent und wurdent ðch herzû gezogen und enpfingent es mit der hant in scheffeln wise als reht ist, das her Peter von Dunzenheim ein ritter, hern Heinrich Wetzels seligen tohter man, eins ritters zû Strazburg, her Johannes Wetzel ein ritter, her Clawes ein tûmherre zû sante Thoman, Wetzel und Heinzelin gebrüder mit einander teiltent ir eigin unde ir erbe, des sû zû erbe sint komen von dem vogenanten hern Heinrich Wetzel seligen irs vater, unde gelobete der vogenante her Peter von Dunzenheim für sine eliche wurtin unde ðch die vogenanten gebrüder sine swagere bi gûten trîwen dise teilunge stete zû hande ane alle geverde unde zugent ðch, daz das loz umbe dise teilunge also unde mit solicher gedinge, welheme under in der sedelhof zû hern Marssilie an dem holwige wurde mit dem loze wenne der kummet in disen nehesten fünf iaren unde vierzig marg silbers git umbe die zwei hûser, die hinden an dem vogenanten sedelhofe stant, der für sû beidû geschetzt sint, so sol man sû geben zû dem sedelhofe; werdent sû aber nû gekõft in disen nehesten fünf iaren als vorgeschriben stat, so mag der, des dû zwei hinder hûser danne sint, mit denselben hûsern tûn unde lan was er wil; unde sol doch allewege der sedelhof unde die selben zwei hinder hûser reht unde gemeinschaft haben zû der prifoyen unde wenne man die prifoye uz treit, so sol man sû tragen durch der hinder huser eins unde sol der sedelhof den halben kosten geben unde die zwei hindern hûser den andern halben; es sullent ðch alle ir hûser bliben in dem rehte mit trõfe mit liechte mit nõhen mit uzvliezendem wasser, als sû unze her gestanden sint, ane alle geverde. und des zû eime waren urkûnde, so hant wir die vogenanten rittere und scheffele, wan wir hiebi warent und herzû gezogen wurdent, als reht ist, durch bete der vogenanten hern Peters und siner swagere unserû ingesigele gehenket an disen brief. der wart gegeben an dem cistage nach sante Margreden tag, in dem iare da man zalte von Cristes geburte drûzehenhundert iar und vier unde zwenzig iar.

Aus Strassb. Stadt A. V. D. G. lad. 72. or. mb. c. 10 sig. pend., quorum 2 delaps.

Verkauf. 1050. C. j. c. A. Erbo dictus Weldelin, miles Arg., et Agnes, ejus uxor, filia quondam Wilhelmi dicti Dantz militis Arg. manibus choadunatis vendiderunt pro 53 lib. et 4 unc. den. Arg. Burcardo dicto Twinger, civi Arg., Grede, uxori ejus, ac Anne, sorori Grede (pro dimidia parte ementi), tres agros (gartackere) in suburbio civitatis Argentine apud Rotenkirchen p. p. e. l., item redditus annuos 1 lib. den. Arg. super una area, in c. A. an der oberstraszen sita juxta domum proximiorum domo dicte zûm helfande¹ e. u. et e. p. a. juxta dictum Kolbe sutorem et tendit a parte posteriori super curiam dictam der alte Münszehof versus inter pontes, qui redditus venditrici obvenerant ex successione quondam Johannis fratris ejus, agri vero ex successione parentum. A. 1. Wit. 3. (pro Erbone). adjectum est, quod possessoribus sive emphiteotis jus suum salvum maneat. actum 2 kalendas augusti, a. d. 1324. 1324 Juli 31.

Aus Strassb. Bez. A. D 77. 2. or. mb. c. sig. pend. delaps.

Verkauf. 1051. C. j. c. A. Winmarus dictus Materer, lanifex Arg., confessus fuit in presentia Hedewigis de Westhusen residentis Argentine, eidem Hedewigi ante spatium 3 annorum unam domum, in c. A. in vico dicto Stadilgasze sitam tendentem a parte posteriori super fossatum cerdonum juxta domum Metze de Hochvelden e. u. et e. p. a. juxta aream Petri dicti Swarber, cum omni jure vendidisse, ita quod de dicta area annuatim 7 sol. et 4 den. dentur cum tertia parte 2 caponum nomine census filibus quondam dicti de Westhus militis Arg., pro

¹ Vgl. Str. G. u. HN. S. 123.

15 lib. den. Arg. transtulit nichilominus dictus venditor denuo per porrectionem calami domum.
actum 3 nonas augusti, a. d. 1324. 1324 August 3.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 169 fasc. 28. or. mb. c. sig. pend.

1052. Johannes Waldener der meister und der rat von Strassburg sprechen ein urteil Urteilspruch.
5 über einen zinsstreit zwischen den klöstern s. Elisabeth und s. Johannes. gegeben diensttag
vor Laurentii, 1324. August 7.

*Aus Strassb. Hosp. A. Prot. s. Elisabeth 205 sub litera B nr. 14. Sehr schlechter, unvollständiger
Auszug s. XV.*

1053. C. j. c. A. Katherina, relicta Ernesti, sartoris Arg., priori et conventui fratrum Schenkung.
10 ordinis predicatorum domus Arg. in ipsius necnon quondam Gerine sororis, Odilie matris,
Ellonis patris, Odilie sororis, monialis apud monasterium s. Elysabeth e. m. A., animarum
remedium legat redditus quosdam in opido Rynowe, insuper in reconpensam 30 lib. den. Arg.,
quas ipsa in remedium anime predicti mariti sui priori et conventui dictis solvere debuit,
debita subscripta, in quibus ipsi et marito suo persone subscripte extiterant obligate, cessit
15 et ex titulo donacionis inter vivos transtulit per porrectionem calami in fratrem Petrum de
Grostein, priorem dicte domus. specificatio debitorum est hec: 3 lib. den. Arg. Nycolaus
dictus Zorn miles filiaster quondam magistri Johannis Engilberhti civ. Arg., 1 lib. Berhtoldus
armiger natus quondam Berhtoldi de Offenburg militis, 5 lib. Erbo dictus de Schiltingheim
armiger, 2 lib. et 9 sol. Cūno dictus de Achenheim de Argentina, 2 lib. Erbo de Achenheim
20 miles, 2 lib. et 10 sol. Reinboldus dictus de Būtenheim mil. Arg., 2 lib. et 10 sol. Sthellinus
dictus Howemesser miles, 15 sol. Schencke de Ehenheim miles filiaster dicte de Būtenheim,
2 lib. Burkardus de Hohenburg, 22 sol. Waltherus de Hohenburg, 10 sol. dictus de Hugewilr
canonicus ecclesie s. Thome Arg., 7 sol. uxor Hugonis dicti Zorn militis Arg., 18 sol.
Bilgerin senior miles Arg., 11 sol. Bilgerin junior miles, 2 lib. liberi quondam Fritschemanni
25 dicti Ottefriderich militis Arg., item 3 lib. heredes quondam Hugonis dicti Wirich, militis
Arg., 5 lib. quondam Johannes dictus Kage armiger, pro quo Wernherus dictus Kuse de
Argentina et dictus Arberer de Rubiaco intercesserunt. datum 19 kalendas septembres,
a. d. 1324. August 14.

Aus Strassb. Hosp. A. Prot. Prédic. 107 (Copialb. s. XIV) fol. 296. cop. mb.

30 1054. C. j. c. A. Johannes dictus Schöbinhüt, textor Arg., et Katherina, uxor sua, et
Johannes, filius eorum, vendiderunt Rūdegero dicto Marggrave Arg. et Gūthe, uxori sue, Verkauf.
domum, sitam in c. A. in des Stampfes gasze juxta dictum Havener e. u. et e. a. p. juxta
uxorem Sigelini de Mūlnheim armigeri, ita quod de area ejusdem domus non plus preter-
quam 8 uncee den. Arg. fratribus predicatoribus domus Arg., dominis directis dicte aree,
35 census nomine annis singulis debeantur (fratre Johanne dicto Sturm procuratore, ut dixerat,
ac conventuale dicte domus, suum consensum adhibente) pro 6 lib. den. Arg. A. 2. M. (pro
Johanne). actum 17 kalendas septembres, a. d. 1324¹. August 16.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. Hóp. XLVI fasc. 37. or. mb. c. sig. pend.

40 1055. C. j. c. A. Katherina, relicta Bernhardi cerdonis Arg., Dietherus, Johannes, Greda Verkauf.
et Elsa, liberi dicte relicte, (Greda per consensum Johannis dicti Knabe cerdonis, mariti sui)

¹ Rūdeger Marcgrave verkauft $\frac{2}{3}$ des genannten Hauses an das grosse Strassb. Spital (Johannes Schaffener magister et frater Heinricus de Honburg procurator infirmorum hospitalis) für 15 Pfund Pfenninge. Guta die Gattin Rūdegers und seine Kinder: Paul, Ellekind, Nicolaus, Johannes und Rūdeger haben kein Anrecht an dem Verkauften. 1327 Februar 12. Or. ebendasselbst. Das letzte Drittel
45 verkauft an dasselbe Spital Guta für 8 Pfund 2 Schillinge. 1327 Mai 8. Or. ebendasselbst.

manibus choadunatis vendiderunt Erboni dicto de Dürningen clerico Arg. dimidiam partem pro indiviso unius domus, in c. A. in vico dicto Stadilgaszen site juxta domum Reinboldi dicti Rote e. u. et e. p. a. juxta domum Berlini civis Arg., de cujus domus area 30 den. Arg. emptori et ejus sororibus, dominis directis, nomine census cedunt, pro 11 lib. den. Arg. A. 1. actum 2 kalendas septembres, a. d. 1324¹.

1324 August 31. 5

Aus Strassb. Bez. A. G 6455 (6661). 4. or. mb. c. sig. pend.

Einigung auf
Schiedsrichter.

1056. C. j. c. thesaurarii ecclesie Arg. abbatissa et conventus monasterii s. Stephani in Argentina e. u. et Henricus de Otteningen, vicarius parochialis ecclesie s. Stephani, e. p. a. super omni questione inter ipsos occasione domus et aree dicte zû der smitten et per ipsum vicarium de novo super eisdem edificatorum, sitarum in c. A. in vico dicto^a gasse juxta domum, quam inhabitat Reinboldus canonicus monasterii predicti e. u. et e. p. a. juxta domum, quam inhabitat relicta Frischonis cuparii, ex parte monasterii in magistrum Johannem Erlini canonicum ecclesie s. Thome, e. e. p. vicarii in magistrum Conradum thesaurarium ejusdem ecclesie et pro communi in magistrum Jacobum officialem et clericum domini Conradi de Kirkel thesaurarii eccl. Arg. tamquam in arbitros compromiserunt, iisdem plenam facultatem dantes. ambo partes promittunt sub pena 20 lib. den. Arg., se sententiam observaturos esse. sigillum dicte curie est appensum. datum 2 kalendas septembres, a. d. 1324.

August 31.

Aus Strassb. Bez. A. H 2684. or. mb. c. sig. pend.

Tauschgeschäft.

1057. Die Stadt vertauscht mit dem Bürger, Jacob zu der Hölle, eine Brodbank gegen ein Grundstück.

August 31. 20

Wir Johannes Waldener der meister und der rat von Strazburg tûnt kunt allen den, die disen brief gesehent und gehôrent lesen, daz wir mit willen und gehelle unserre scheffele und durch nutz und vrome unserre stette hant gewihselte mit Jacobe zû der Hellen unserme burgere ûnd hant ime gegeben vûr sinen brotbanck, den er hette ligende under unserre phaltze, do men ime iergelichen von gab zû zînse zehen untze Strazburger phenninge, von unserre stette almende ein bletz, daz do gelegen ist zwischent dez vorgenanten Jacobes garten und unsers spittals garten zû Strazburg, daz do uffiez und widergab unserre stette her Johannes selige in Kalbesgasze, daz der selbe Jacob und alle sine erben und nachkomen haben sülent daz vorgenante bletz vûr lidig eigin iemerme ane mengeliches widerrede mit alleme dem begriffe und mit alleme dem rechte, alz ez hette der vorgenante her Johannes selige in Kalbesgasze. wir globent ðch vûr unsere stat dez vorgenanten bletzes und der vorgenante Jacob vûr sich und alle sine erben dez vorgenanten brotbanckes vûr lidig eigin recht wer ze sinde gegen mengelicheme also recht ist. und daz diz war und stete si, so hant wir unserre stette ingesigel an disen brief gehenket. der wart gegeben an dem nehsten fritage nach sante Adolphes tage dez iars, do men von gotz gebûrte zalte truzehenhundert iar zwenzig iar da nach in dem vierden iare. haran warent wir her Burkart Schultheisse, u. s. w. folgt der Rat.

Aus Strassb. Stadt A. V. C. G. suppl. lit. D. or. mb. c. sig. pend. delaps.

a) Es fehlen etwa 4 Buchstaben, ein Stückchen des Pergaments ist abgerissen.

¹ Gertrudis und Hetta, Töchter des verstorbenen Erbos v. Dürningen, verkaufen an Wolfhelm von Kraftstette (lanifex Arg.) und dessen Gattin Katherina, Tochter Reinbold Rotes, die Hofstätte des genannten Hauses, von der sie einen Zins von 5 Schillingen erhielten, und die Hälfte des darauf erbauten Hauses, für 20 Pfund Pfeminge. Wolfhelm gibt $\frac{2}{3}$ des Erworbenen seiner Gattin, diese jenem $\frac{1}{3}$ zum Wittum. 1326 August 26 (für den Verkauf), August 27 (für die Schenkung). Original ebendasselbst.

1058. C. j. c. A. Irmelina, relicta Johannis dicti zûm Engele de Wintertur civis Arg., Verkauf.
Hugo et Cånradus, armigeri Arg., filii dicte relicte, de consensu Clare, dicte relicte filie, et
uxoris Johannis dicti Blûmenowe civis Arg., vendunt manibus choadunatis Grede, sorori car-
nali Sophie dicte de Dûmenheim de Arg., redditus annuos 2 lib. et 8 unc. den. Arg. super
5 2 domibus et areis, contigue sitis in c. A. ex opposito curie quondam Voltzonis dicti de
Hochvelden militis Arg. juxta curiam dictam zûm Crinvogelle e. u. et e. p. a. juxta domum
Johannis dicti de Dicke, prebendarii eccl. Arg., pro 57 lib. den. Arg. A. 1. Wit. 1. (pro
Irmelina). U. (pro Greda, filia Irmeline). datum 4 idus septembres, a. d. 1324¹.

1324 September 10.

10 Aus Strassb. Bez. A. G 3659 (4054). or. mb. c. sig. pend.

1059. Clawes Blenkelin, ein bürger von Strassburg, erklärt, dass ihm der landgraf Lehnssachen.
Ulrich, landvogt im Elsass, von des königs Ludwigs wegen ein lehen in dem bann von Illen-
kirche gegeben hat und dass er die nächsten vier jahre keinen nutzen davon haben wird.
ist er nach ablauf dieser nicht im besitz des lehens, so soll der landgraf ihm 40 mark silbers
15 und von seinem eigentum ihm ein lehen geben. Blenkelin hängt sein siegel an. «geben an
dez heiligen crúczes tag ze herbest,» 1324. September 14.

Aus Strassb. Bez. A. G 216 (649) nr. h. or. mb. c. sig. pend.

1060. C. j. c. A. Nycolaus, natus quondam Cånradi dicti de Rietheim carnifex Arg., et Erbleihe.
Anna, ejus uxor, confessi sunt in presentia Johannis Sygeberhti, portarii ecclesie s. Petri
30 Arg., et Nycolai dicti Kõrnelin presbyteri, procuratoris decani et capituli ecclesie predicte, se
a decano et capitulo predictis domum et aream, in c. A. in dem gieszen an der Vihegaszen
sitas juxta dictam Hurricherin e. u. et e. p. a. juxta domum relicte dicti Weinere, sutoris
Arg., tenere in emphiteosim pro annuo censu 14 unc. den. Arg. et 1 caponis (uncee solvende
sunt dominica Jubilate; capo festo s. Martini). si conductores negligentes fuerint in solutione
25 census, judicio ecclesiastico et seculari valent occupari. Er. 1. V. actum 17 kalendas
octobres, a. d. 1324². September 15.

Aus Strassb. Bez. A. G 4827 (5199). or. mb. c. sig. pend.

1061. C. j. c. A. Heilka de Sletzstat, filia quondam Cântzonis panificis, commorans Argen- Testament.
tine in remedium anime causa mortis donavit fratribus predicatoribus domus Arg., apud quos
30 suam elegerat sepulturam, 3 lib. den. Arg., item 2 lib. den. Arg., que converti debent in
ceram et alia incendia circa suas exequias, et quod quolibet die primi anni una candela super
ipsius tumulum poni debeat; item unam domum cum jure in area, sitam in c. A. in Stadel-
gasze uf dem Rintsütergraben juxta dictam de Northeim e. u. et e. a. p. juxta Petrum dictum
Swarber, ita ut domus vendatur et de pretio inde recepto comparentur redditus annui 1 lib.
35 den. Arg. pro anniversario dicte Heilke annuatim peragendo; item legavit cuilibet fratri
ordinis predicatorum tunc conventuali dicte domus 1 sol., item cuilibet fratri conventuali
ordinis minorum domus Arg. 1 den.; item cuilibet conventui fratrum ss. Augustini, Wilhelmi,
omnium sanctorum et Carmelitarum 5 sol. den. Arg.; item fabrice eccl. Arg. 1 lib., item
fratri Thome de Nûmagen de ordine fratrum predicatorum confessori suo 5 lib. den. Arg., cui
40 etiam dari debent 10 lib., ut eas convertat in usus, prout sibi ab ipsa antea est commissum,
item fratri Johanni de Ravensburg 2 lib. et fratri suo carnali cyrmentegenoni 1 lib. de ordine
fratrum minorum, item Gisele de Wartstein moniali monasterii s. Katherine Arg. 5 sol.,
item Clare dicte Richartin moniali monasterii apud s. Nycolaum Arg. 5 sol., item Else de

¹ Nach einer Dorsualnotiz s. XV-XVI lagen die beiden Häuser in der Judengasse neben dem Hof
45 St-Valentia. Vgl. Str. G. u. HN. S. 83 u. 59. ² Vgl. nr. 979.

Schönecke moniali monasterii penitentium Arg. 5 sol., item cuilibet conventui mulierum in monasteriis dictis beslossene clöster sitis in c. A. ac burgbanno ejusdem 5 sol. den. Arg., item Metze relicte Sigelini de Ersthein avunculi ipsius legatricis 1 lib. pro una pellicia comparanda, item Sigelino filio dicte Metze seniori $\frac{1}{2}$ agrum in Flexberg, item tribus aliis filiis ipsius Metze cuilibet 2 lib. den. Arg., item Walthero de Hündenshein lanifici Arg. 1 lib. den. Arg., item fratri Johanni dicto Sturm de ordine predicatorum 2 unceas den. Arg., item monasterio in Altorf 10 sol. et $\frac{1}{2}$ agrum in Flexberg. hujus testamenti constituit executores priorem fratrum predicatorum domus Arg., Waltherum de Hündenshein predictum et Demüdim dictam Halteringen Argentinensem, qui disponant de omnibus aliis bonis juxta consilium fratris Thome predicti. actum 7 kalendas octobres, a. d. 1324. **1324 September 25.** 10

Aus Strassb. Hosp. A. Prot. Prédic. 107 (Copialb. s. XIV) fol. 83^b. cop. mb.

Pfandbrief. **1062.** Ulrich landgraf von Elsass, Philipp, ein domherr zu Strassburg sein bruder, Johannes, Ulrichs sohn, verpfänden an Johannes von Blumenowe, herrn Ludwigs seligen sohn, edelknecht von Strassburg für 10 mark silber 3 pfund pfenn. auf einer matre bei Brumat. «an der mittewochen nach sante Michels tag, 1324.» **Oktober 3.** 15

Aus Strassb. Bez. A. E 1594. or. mb. c. 3 sig. pend. Darnach abgedruckt bei Schöpflin Alsatia dipl. II, 132 nr. 928.

Verkauf. **1063.** Claus Maler der meister und der rat von Strassburg machen bekannt, dass herr Erbe von Achenheim, bürger von Str., ihnen verkauft hat: «sin brotjang, hovestat und daz phunt geltes, daz er uf dem selben brotjang hette vür lidig eigin, der do gelegen waz an dem uzern pfilere der phaltzen gegen sante Jostes cappellen über,» für 16 pfund Str. pfenninge. A. 3. «an dem nehsten zinstage vor aller heiligen tage, 1324. haran warent wir her Claus Maler, u. s. w. folgt der Rat. **Oktober 30.** 20

Aus Strassb. Stadt A. V. C. G. corp. K lad. 23^c nr. 55. or. mb. c. sig. pend. mutil.

Pfandbrief. **1064.** C. j. c. A. Burkardus armiger, natus quondam Burkardi dicti Erbe militis Arg., per consensum Reinboldi dicti Hüffelin, militis Arg., patris et curatoris ipsius armigeri, vendidit Johanni dicto Sickelin juniore militi Arg. annuos redditus 3 lib. den. Arg. de annuis redditibus 5 lib. et 2 unc., quas venditor habet de domo et area nuncupatis züm Swederiche¹, quas Petrus Ripelin civis Arg. habet in emphiteosim, sitis in c. A. ginsit sant Thomans brucke juxta hospitale pauperum, pro 55 lib. den. Arg. A. 2. Wit. 3. venditor in redditibus patri suo successit. fuit quoque adjectum, quod, quodocunque idem venditor assignaverit infra spacium 8 annorum prefato emptori 45 lib. den. Arg., quod tunc emptor dictos redditus revendere debeat, usque ad id emptor est dominus directus aree. actum 4 idus novembres, a. d. 1324. hujus instrumenti 2 sunt paria². **November 10.** 25

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 19 fasc. 2. 2 or. mb. c. sig. pend. und Transfix von 1324. Nach dem Copialbuch des Münsterchors im Domkapitelsarchiv gedruckt bei Mone Zeitschrift f. Gesch. des Oberrh. V, 393. 35

Verkauf. **1065.** Burcardus dictus Hesse et Hedewigis dicta Reyn de Rosheim uxor ejus civ. Arg., vendiderunt Berlino seniori venditori pannorum civ. Arg. et Ellekindi uxori sue redditus annuos 30 sol. den. Arg. super domo et area, sitis in der Krutenowe Arg. juxta venditores 40

¹ Vgl. Str. G. u. HN. S. 164. ² Der vorgenannte Johannes Sickelin verspricht vor dem judex curie den vorg. Burkard in Einziehung der 2 Pfund Zins, welche er sich behalten hat, nicht zu hindern. 1324 November 20. Transfix an der Haupturkunde. Auf dem einem Originale der Haupturkunde folgende Dorsualnotiz: «exhibitum et lectum est presens instrumentum in presentia Gerhardi dicti Schöp militis Argentin., feria tertia ante Valentini, sub anno domini m ccc xxx septimo.» 45

predictos, pro 26 lib. den. Arg. A. 1. Burcardus asserit per juramentum suum, quod prestitit, ut asserit, civitati Arg.¹, dictos redditus non esse dotales et se quondam Anne, matri sue, successisse in eisdem. actum 4 nonas decembres, a. d. 1324. **1324 Dezember 2.**

Aus Strassb. Hosp. A. lad. Hôp. XLI fasc. 57. or. mb. c. sig. pend.

5 **1066.** Hugo de Sarburg, perpetuus vicarius ecclesie s. Nicolai ultra Bruscam Argentine, Testament.
aliquantulum debilis corpore testamentum suum ordinat; in primis legat episcopo unum
fertonem argenti, item ecclesie s. Thome, in qua suam sepulturam eligit, redditus quosdam
pro anniversario suo peragendo; item eidem 126 oves antiquas, quas habet apud Hugonem
dictum Judenbreter de Krutenbach, item Johanni decano, magistro Johanni Ruwini canonico
10 cuilibet 10 sol., Cånrado thesaurario 4 suas concas argenteas, magistro Heinrico de Hugewilre
canonico ecclesie s. Thome 10 sol. den. Arg., item fabrice eccl. s. Thome 10 lib.,
fabrice ecclesie Arg. vestem suam blaveam, item legat de 30 sol. den. Arg., quos mutuavit
super antiphonarium musicale, Alberto de Rotwilre prebendario dicte ecclesie 5 sol., item
Johanni dicto Peier, Johanni dicto de Frankenheim, Johanni dicto Junge, Johanni dicto
15 Kremer et Heinrico camerario s. Thome presbyteris cuilibet 5 sol., item Nicolao de Erstheim
presbytero socio suo 5 sol. et vestem suam gilvi coloris, item Hedewigi famule sue subun-
culam suam kembelinam, duas vestes lineas et 2 linteamina, item Elisabeht de Sarbrücke
2 lib. den. Arg., item ad prebendam, quam fundavit in ecclesia s. Stephani in Sarburg red-
ditus quosdam. omnia alia bona sua mobilia et immobilia legat ecclesie s. Thome. hujus tes-
20 tamenti executores constituit Johannem decanum, Cånradum thesaurarium, magistrum Johannem
Ruwini et Heinricum de Hugewilre predictos. sig. cur. Arg. est appensum. actum 7 idus
januarii, a. d. 1325. **1325 Januar 7.**

Aus Strassb. Thom. A. lad. 25 (Titres). or. mb. c. sig. pend.

25 **1067.** C. j. c. A. Fridericus dictus Thöger, perpetuus vicarius ecclesie s. Aurelie e. m. A., Præbenden-
ad prebendam sacerdotalem instituendam per eum super altari dicte virginis in eadem ecclesia stiftung.
pro dotatione ejusdem misse donavit bona in bannis villarum Schaftoltzheim et Wolfesheim.
collationem prebende ad tempus vite sibi reservat, post ejus obitum decanus et capitulum
s. Thome Arg. eandem habebunt. sacerdos cottidie in ortu diei missam celebrabit. actum
4 idus januarii, a. d. 1325. hujus instrumenti sunt 2. **Januar 10.**

30 *Aus Strassb. Thom. A. lad. 25 (Titres). 2 or. mb. c. sig. pend.*

1068. C. j. c. A. Künegundis, filia quondam Cånradi dicti Wagener de Baldeburne, con- Testament.
morans Arg., de suis bonis in hunc modum ordinat. in primis legavit fratribus predicatoribus
domus Arg., apud quos suam ecclesiasticam elegit sepulturam, 1 lib. et 20 sol. den. Arg.,
cedentes in refectorium ipsorum pro pictancia; item legavit cuilibet fratri presbytero, tunc
35 conventuali, 6 den. Arg., item dicto conventui agros in banno ville Düttelnheim (fratres anni-
versarium suum et Demüdis, sororis ipsius, in die s. Gertrudis peragere tenentur), item März 17.
fabrice dicte domus 1 lib. den., item voluit, ut 1 lib. den. convertatur pro cera ad ipsius
exequias honorifice peragendas, item legavit fratri Petro de Grostein priori 1 lib., item fratri
Hugoni de Achenheim 3 lib., item fratri Merkelino de Lare 1 lib., item Ülrico de Mittelhus
40 de dicto ordine 5 sol., item conventui predicatorum domus in Hagenowe et domus in Wissen-
burg cuilibet 10 sol., item fabrice eccl. Arg. 10 sol., item legavit singulis conventibus utriusque
sexus monasteriorum in civitate et burgbanno Arg. (monasterio s. Stephani excepto) cuilibet
1 tricesimum, item 20 domibus mulierum in Argentina, dictis gotzhüsern, 1 lib. den. Arg.

¹ Ein Burkart Hesse war im Jahre 1305-06 Mitglied des Strassburger Rates und hat als solcher
45 wohl den Eid geleistet.

cuilibet 1 solidum, item Anne dicte von über Rin 2 sol., Demodi de Geispotzheim 2 sol., existentibus in domo dicta des Merswins gotzhus, item Metze incluse in Altheim 5 sol., item Junthe incluse apud collem s. Michahelis in Arg. 1 sol., item Elline incluse in superiori Hugbergen 1 sol., item infirmis decumbentibus in lectis hospitalis antiquioris Arg. 30 den., item Lügardi de Hunesvelt et Nese de Zabernia, monialibus monasterii s. Nicolai Arg., cui- 5 libet 1 trecentesimum, item Agneti et Gisele, executoribus suis, cuilibet 5 sol. den. Arg., item fratri Johanni dicto Fûterer et fratri Hartungo de Dûngensheim de ordine fratrum predicatorum, cuilibet 5 sol., item Metze, relicte Hesselini de Baldeburne, Gertrudi, Anne et Gisele, liberis suis, 1 quartale siliginis et magnum cûssinum, quod habet, item fratri dicto 10 der Tûrlender de ordine fratrum predicatorum 5 sol., item Junthe de Baldeburne in des Luckeses gotzhus 5 sol., item Petrisse de Baldeburne, relicte Cûnonis de Bûtenheim, 5 sol., item Agneti dicte Hôrweiler in Arg. 1 lib. den. Arg., item Demodi de Baldeburne et Dine, ejus sorori, 5 quartalia siliginis, item Elline, consanguinee sue, uxori Hermanni de Flexberg, dimidium agrum in banno ville Flexberg et pelliciam meliorem, quam habet, ac cervical dictum ein pflumvederin cûssin, item Elline, filie dicte Elline, 1 lib. den. Arg., item Johanni, 15 Lutzemanno et Nibelungo fratribus, consanguineis suis, filiis quondam Cûnonis de Bûtenheim agrum in Baldeburne. residua ab executoribus convertantur in promptam pecuniam sacrificandam ad altaria ad stolam apud domum predicatorum. legatrix constituit priorem predicatorum fratrum et confessorem ipsius, fratrem Merkelinum de Lare, Agnetim de Schafhusen et Giselam de Baldeburne Argentine comorantes suos executores. actum 3 idus januarii, 20 a. d. 1325.

1325 Januar 11.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. IV fasc. 95. or. mb. c. sig. pend.

Leibzucht. 1069. C. j. c. A. Hugo dictus Schöp, miles Arg., confessus est in presentia Johannis notarii abbatisse monasterii in Eschowe, se a dicto monasterio unam aquam dictam vulgariter 25 der Erich in flumine Alse sitam inter villas Gravenstaden et Eschowe accepisse utifruendam pro tempore vite sue. sigilla curie Arg. et Hugonis sunt appensa. actum 14 kalendas februarii, a. d. 1325.

Januar 19.

Aus Strassb. Bez. A. G 1558. or. mb. c. 2 sig. pend. (sigill. curie est delapsum).

Schenkung. 1070. C. j. c. A. domicella Phyna dicta Kelbin de Argentina in remedium anime sue donatione inter vivos donavit abbatisse monasterii s. Stephani redditus annuos 2 unc. den. 30 Arg. et 2 caponum super una area, in c. A. in vico dicto Blindengasze juxta dictam de Windecke sita, super qua residet dictus Streler, ut inde procurentur lumina urenda apud summum altare dicti monasterii, cum ibidem divinum officium peragitur. A. 3. actum et datum 12 kalendas februarii, a. d. 1325.

Januar 21.

Aus Strassb. Bez. A. H 2684. or. mb. c. sig. pend. Gleichzeitige Dorsualnotiz: «XVIII den. constat 35 sigillum.»

Verkauf. 1071. Rûdolf von Vegersheim der meister und der rat von Strassburg machen bekannt, dass herr Reimbolt von Lingolfesheim und frau Grede, seine gattin, bürger von Str., der stadt als ledig eigen verkauft haben «drû pfunde und fünf schillinge geltes Strazburger pfenninge uf irn bencken, die sie hettent under unser stette pfaltze und rathus zû Strazburg», 40 für 52 pfund pfenninge. Wit. 1. (für frau Grede). A. 3. «an der mittewochen nach sant Agnesen dage, 1325. haran warent wir herr Rûdolf von Vegersheim u. s. w. folgt der Rat.

Januar 23.

Aus Strassb. Stadt A. Briefb. A 184^b und 293^b. 2 cop. mb. s. XIV.

1072. König Ludwig verpfändet den Mülnheimern in der Mundat belegene Dorfschaften. Ulm. Pfandbrief.

1325 Januar 24.

Nota quod dominus rex [Ludovicus] obligavit Walthero, Eberhardo, Walthero, Johanni et Reynbotoni de Mülnheim villas sitas in Müntat in Alsacia, que sibi et comicie palatine pertinent, pro 300 marcis argenti, per ipsos ac eorum heredes tenendas, quousque per ipsum vel suos heredes ab ipsis pro predicta pecunia redimantur, vel donec ipse rex et non alter ipsis predictam pecuniam in bonis aliis deputabit. datum in Ulma, in vigilia conversionis b. Pauli, a. d. 1325, regni vero nostri anno 11.

10 Aus dem allg. Reichsarchiv zu München Tomus privil. nr. 25, Registerband der Kanzlei König Ludwigs fol. 112^b. Kanzlei-Regest. Darnach abgedruckt Oefele scriptores rer. Boicarum I, 751. Böhmer Reg. Lud. 777.

1073. König Ludwig überträgt ein Lehen, das früher Burchard Zorn hatte, an Sigfrid Fullin. Ulm. Lehnsbrief.

Januar 24.

Nota quod dominus rex [Ludovicus] contulit Syfrido Fullin feodum castrense in castro Lychsperch, quod tenuit Burchardus quondam dictus Zorn ab ipso et imperio. datum in Ulma, in vigilia conversionis b. Pauli, anno domini 1325, regni vero nostri anno 11.

Aus dem allg. Reichsarchiv zu München Tomus privil. nr. 25, Registerband der Kanzlei König Ludwigs fol. 112^b. Kanzlei-Regest. Darnach abgedruckt Oefele scriptores rer. Boic. I, 751. Böhmer Reg. Lud. 778.

1074. König Ludwig verpfändet an Nicolaus Blenkelin eine Wiese in Illkirch. Ulm. Pfandbrief.

Januar 24.

Nota quod dominus rex [Ludovicus] obligavit Nycolao dicto Plaenchlin et suis heredibus pratum quod vocatur Osthaimsant in Illenchirchen pro 40 marcis argenti, in quibus sibi tenetur, ab ipso pro predicta pecunia redimendo secundum continentiam litterarum, quas ipsi ab Ulrico lantgravio Alsatie habuerunt¹, et iste, qui tenet Illenchirichen, non debet ipsum aliquomodo inpedire. datum in Ulma, in vigilia conversionis b. Pauli, anno domini 1325, regni vero nostri anno 11².

10 Aus allg. Reichsarchiv in München Tomus privil. nr. 25, Registerband der Kanzlei König Ludwigs fol. 112^b. Kanzlei-Regest. Darnach abgedruckt Oefele scriptores rer. Boic. I, 751. Böhmer Reg. Lud. 779.

1075. König Ludwig verpfändet an Walther von Wintertur Lehen in Wezzelsheim. Ulm. Pfandbrief.

Januar 24.

Nota quod dominus rex [Ludovicus] contulit Walthero de Wintertur feoda in Wezzelsheim et suis heredibus, que antea tenuit Burchardus dictus Zörn ab ipso et imperio, per ipsos tenenda et utenda, sicut predictus Burchardus tenuit, donec ab ipsis per ipsum regem vel suos successores in impero pro 30 marcis argenti redimantur. datum in Ulma, in vigilia conversionis b. Pauli, a. d. 1325, regni vero nostri anno 11.

Aus dem allg. Reichsarchiv in München Tom. priv. 25. Registerband der Kanzlei Ludwigs. Kanzlei-Regest. Darnach abgedruckt bei Oefele script. rer. Boic I, 751. Böhmer Reg. Lud. 780.

40 ¹ Vgl. nr. 160. ² Zur Stellung der Blenkelins gegenüber Ludwig vergl. das Verzeichnis der durch preces primaria vom König verliehenen Pfründen, dessen Bruchstücke, zu 1322 gehörend, bei Oefele scriptores rer. Boicarum I, 735 ff. veröffentlicht sind. Ich teile daraus folgende auf Strassburg sich beziehende Stellen mit: «Item ad ecclesiam s. Thome in Argentina pro Nycolao filio Planchlin civis Argentinensis pro prebenda et canonicatu cum clausula.» S. 739. «Item preposito et decano ecclesie s. Petri junioris in Argentina pro Petro notario Chunradi de Vriburch cum clausula.» S. 739. «Item abbati in Salss Argentinensis dyocesis pro Joanne de Spira filio Zarnonis pro beneficio.» S. 740.

Pfandbrief. 1076. König Ludwig ermächtigt Michael Rulenderlin die Dörfer Illkirch, Grafenstaden, Wickersheim und den Zehnten zu Wickersheim, die verpfändet sind, an sich zu bringen und verpfändet ihm auf denselben weitere 100 Mark. Ulm. 1325 Januar 28.

Wir Ludowich von gots gnaden Römischer chünig, ze allen ziten merer dez richs, veriehen offenlich an disem briefe, daz wir unserm lieben getruwen Micheln Rülenderlin von Straz-
 burch gewalt geben haben und geben mit diesem briefe, daz er die dörfer Ilenchirch, 5
 Grofenstaden, Wichersheim und den zehenden ze Wichersheim an unserer stat lösen und
 erledigen mach und sol von Purcharten dem schultheizen und von sinen gewistergiden, von
 Hugem zû dem Riet, von dem Paenphel und von andern, den die selben dörfer steent und
 versetzt sint, umb als vil geltes, als si in versetzt sint, also daz er und sin erben die 10
 selben dörfer und güt haben und niezzen sülen mit allen rechten und nützen und in aller
 wise, als si die inne gehebt hant, von den er si lösen sol. zû dem gelte schlahen wir im
 hundert march silbers uf die selben dörfer, die wir im gegeben haben umb die dienst, die
 er uns willichlich getan hat und noch tûn mach. die selben hundert march sol er auch uf
 den pfanden haben in aller wise, als daz gelt da er si umb löset von den, die si iezû 15
 inne habent und da si brief umb habent von Römischen chüngen und cheisern. darüber ze
 urchünd geben wir in disen brief mit unserm insigel gesigelt. der geben ist ze Ulme, dez
 montags vor unserer vrowen tag ze lichtmesse, do man zalt von Cristes gebürte drizehen-
 hundert iar darnach in dem fünif und zweinzigsten iar, in dem eylften iar unsers richs¹.

Aus Strassb. Stadt A. V. C. G. corp. B lad. 22 unter nr. 1—13. or. mb. c. sig. pend. mutil. 20
 Darnach abgedruckt bei Schöpfl. Als. dipl. II, 134 nr. 932. Böhmer Reg. Lud. 784.

Rentenkauf. 1077. C. j. c. A. Jacobus, Agnes et Katherina, liberi quondam Jacobi dicti zûm Roseböme
 civ. Arg., vendiderunt pro 40 lib. den. Arg. Sophie, relicte Johannis dicti de Dûmenheim
 civis Arg.², redditus annuos 2 lib. den. Arg. per venditores solvendo super domo dicta zûm
 Rôseböme, quam ipsi inhabitant, et area ejusdem in c. A. in vico dicto Rosebömes gesselin³ 25
 juxta domum dictam zûm Dorfmanne e. u. et e. p. a. juxta aliam domum dictam zûm Rose-
 böme, spectantem ad liberos quondam Phylippi apothecarii civis Arg. si venditores negligentes
 in solucione census fuerint, excommunicationis sententie subjacebunt. A. 1. venditores reser-
 vant sibi jus reemptionis infra spatium 6 annorum a data hujus. actum 3 kalendas februarii,
 a. d. 1325. Januar 30. 30

Aus Strassb. Thom. A. lad. Kaufbriefe 5. or. mb. c. sig. pend. delaps.

Tauschgeschäft. 1078. Die Stadt tauscht mit dem Hospital Brodbänke vor dem Münster gegen Kraut-
 bänke bei s. Martin. Januar 31.

Wir Rûdolt von Vegersheim der meister und der rat von Strazburg tûnt kunt allen den,
 die disen brief gesehent und gehôrent lesen, daz wir durch unserre stette nutz frumme und 35
 güt umbe die krutbecke bi sante Martin in unserre stat zû Strazburg, die do worent unsers
 spittalz zû Strazburg, hant gegeben dem selben spittale achtzehen phunde geltes Strazburger
 phenninge und hand in ðch der bewiset uffē unsern brotbencken, die gelegen sint vor
 unserre vrowen münster an der lichene muren in der stat zû Strazburg, daz er sie dovon
 neme alle iar, untz unser stat den selben spittal bewiset an andern stelten der vorgeantent 40
 achtzehen phunde geltes oder aber die vorgeantent achtzehen phunde geltes dem vorgeantent
 spittal abegeköffet. wir globent ðch vûr uns und alle unsere nachkomen von unserre stette
 wegen disen brief und dise wandelunge stete ze habende und nût dowider ze tûnde noch

¹ Vgl. vor allem nr. 176, 218, 259 und 440. ² Vergleiche die Angaben des bischöfl. Lehnbuches
 unter dem Namen Johannes von Dumenheim. ³ Vgl. Str. G. u. HN. S. 138. 45

schaffen getan, wand alz ez dovor bescheiden ist, in gerihtes wise oder ane gerihte ane alle geverde. und daz diz war und stete si, so hant wir unserre stette ingesigel an disen brief gehenket. der wart gegeben an dem tunrestage vor unserre vrowen tage der liechtmesze dez iarz, do men zalte von gotz geburte trüzechen hundert iar, da nach in dem fünf und

5 zwenzigsten iare. haran warent wir her Claus Mäler, u. s. w. folgt der Rat.

Aus Strassb. Stadt A. V. D. G. lad. 76. or. mb. c. sig. pend. delaps.

1079. Rudolf von Vegershein der meister und der rat von Strassburg machen bekannt, dass herr Burkart Philer, bürger der stadt, verkauft hat «zehen schillinge Strazburger phenninge geltes uff e sime teile dez brotbanckes, den er ligende het under unserme rathuse zû Strazburg, die er geerbet het», für 8 pfund pfenninge. A. 1. «er het ðch vor uns gesworn an den heiligen, daz er daz vorgeschriben gelt sinre elichen vrowen noch deheine sime kinde nüt habe zû widemen gegeben.» «an dem nehsten mentage nach unserre vrowentage der liechtmesze, 1325. haran warent wir her Claus Mäler, u. s. w. folgt der Rat.

Verkauf.

1325 Februar 4.

15 Aus Strassb. Stadt A. V. C. G. suppl. DD. or. mb. c. sig. pend.

1080. C. j. c. A. Sara relicta Hugonis dicti Jöche civis Arg., de consensu Petri presbyteri filii, et Katherine ac Anne, filiarum dicte relicte, locavit in emphiteosim Brigide abbatisse monasterii s. Stephani Arg. nomine conventus aream et curiam, que olim nuncupabatur dez Kellers hof et tendit e. u. p. ad ortum sive pomerium abbatisse dicti monasterii et e. p. a. ad publicam stratam necnon ad domum magistrî Burcardi dicti Jöche et ad turrim apud pontem s. Stephani dictum s. Stephans brücke intra muros civitatis sitas, item unam domum, quam nunc inhabitat rasor, cum area et fundo e. m. A., tendentes a parte anteriori ad dictum pontem et ad arcum turris predictæ et a parte inferiori ad aream cloace abbatisse, pro annuo censu 6 lib. et 3 den. Arg. (2 lib. den. Arg. et 3 den. sunt census antiquus) sine laudimio. si locatrix redditus predictos vendere voluerit, primum abbatisse vendicioni exponet. V. (juris emphiteotici). sigilla curie Arg., abbatisse et conventus sunt appensa. datum 15 kalendas martii, a. d. 1325. hujus instrumenti sunt 2¹.

Erbleihe.

Februar 15.

Aus Strassb. Bez. A. H 2684. 2 or. mb. c. 3 sig. pend. (in quolibet 2 delaps.)

1081. C. j. c. domini Hermanni de Thierstein, archidiaconi eccl. Arg., Conradus dictus de Münversheim, curator Conradi, Anne, Nycolai, Henselini, liberorum quondam Reinfridi an der Steinstraszen adhuc minorum, curatorio nomine curiam unam, sitam an der Steinstraszen, que nuncupatur dez Waldeners hof, juxta Ludewicum militem de Wasselnheim, locatam predicto quondam Reinfrido per Petrum, filium quondam Waldener militis Arg., canonicum ecclesie s. Thome Arg., remittit Henselino filio Jacobi zû der hellen civis Arg. pleno jure. actum et datum 8 kalendas marcii, a. d. 1325².

Leihe.

Februar 22.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. Hôp. XLIII fasc. 47. or. mb. c. sig. pend.

1082. C. j. c. A. Johannes, Anna et Reynboldus, liberi quondam Johannis dicti Danris civis Arg., recognoverunt in forma juris, quondam Katherinam dictam Hentwingin, amitam ipsorum, de redditibus annuis 12 sol. et 6 den. Arg. super area domus dicte zum Mörlin,

Schenkung.

40 ¹ Katherine und Anna, Töchter der Sara, von denen Anna an Sifrid Engeslich von Mollesheim verheiratet ist, verkaufen an das Kloster s. Stephan (Jacob von Osthoven Canonicus an diesem Kloster und Friedrich Gärteler Priester, Schaffner des Klosters) eine Rente von 4 Pfund Pfenningen auf den genannten Hofstätten für 71 Pfund Pfenninge. Petrus Joche Priester, Sohn der Sara, giebt seine Zustimmung, verpflichtet sich aber nicht zur Währschaft. 1330. März 20. Or. ebendasselbst. ² Vgl.

45 nr. 1041.

site in c. A. retro macellum, quam aream nunc detinet Gosselinus, salifex Arg., in remedium anime sue redditus 7 sol. et 6 den. ac in remedium quondam Johannis militis filii sui 5 sol. donasse fratribus Carmelitis domus Arg. redditus non debent alienari et anniversaria quondam Katherine in octava s. Johannis apostoli ac quondam Johannis filii in die b. Eufemie peragi debent. quam donacionem predicti liberi et specialiter dicta Anna per consensum Ottonis de Matzenheim, mariti sui, approbant. actum 6 nonas martii, a. d. 1325. **1325 März 2.**

Aus Strassb. Hosp. A. Prot. 7368 fol. 29^b (Copialb. der Carmeliter s. XVI). cop. chart.

Schenkung. **1083.** Die Vertreter des Abtes von Præmonstratum genehmigen den Verkauf des Allerheiligenhofes in Strassburg seitens des Klosters Allerheiligen. **März 14.**

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. nos Rodulphus, dei pacientia abbas Wadegensis, ac Philipus, prepositus de Enkenbach, prelati ordinis Premonstratensis, Treverensis et Wormaciensis dyocesis, cupimus esse notum: quod cum nobis hoc anno a reverendo in Christo patre domino A. divina providentia abbate Premonstratensi et capitulo generali commissum specialiter extiterit, quatenus super vendicione ac alienacione domus ordinis nostri celle omnium sanctorum site extra muros Argentinenses, que olim fuerat fratrum saccitarum, inquisitionem solertem et diligentem adhiberemus; nos vero secundum ipsius commissionis traditam nobis formam diligenter et solerter procedentes inquisivimus de dicte domus vendicione et alienacione et invenimus ac connovimus, eam esse et futuram fore dicte ecclesie celle omnium sanctorum comodam et utilem ac toto ordini nostro honestiorem et utiliorem, quam fuerit usque modo. unde ipsius domus vendicioni et alienacioni nostrum benivolum assensum adhibemus pariter et consensum, ipsam vendicionem et alienacionem auctoritate nobis commissa laudantes et approbantes et testimonio presentium literarum confirmantes. datum sub sigillis nostris, anno domini 1325, feria quinta post dominicam Oculi.

Aus Strassb. Bez. A. G 6170 (6195). 9. or. mb. 2 c. sig. pend. delaps. Der untere Pergamentrand, woran die Siegel hiengen, ist ganz abgerissen.

Verkauf. **1084.** C. j. c. A. domina Gerdrudis, nata quondam Johannis dicti in Kalbesgasze militis Arg., per manum et consensum Sigelini dicti de Mülnheim armigeri Arg., mariti sui, vendidit Sophie, relicte Johannis dicti de Dämenheim civis Arg., agros (gartackere) subscriptos p. p. e. l. pro 30 lib. et 15 sol. den. Arg. A. 1. venditrix constituit se una cum Sigelino predicto et Johanne dicto de Mülnheim milite, fratre Sigelini, warandos. venditrix asserit se patri in dictis agris successisse. specificatio agrorum est hec et site sunt in banno s. Aurelie in suburbio civitatis Arg.: primo $\frac{1}{2}$ ager apud patibulum juxta bona monasterii s. Agnetis e. u. et e. p. a. juxta bona liberorum quondam Johannis dicti de Kagenecke militis Arg., 2 agri et 1 vierdegezal contigui in dez bischoves gebreite ziehent uf Hebestritz anewender inter bona monasterii s. Katherine. actum 13 kalendas aprilis, a. d. 1325. **März 20.**

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 70 fasc. 2. or. mb. c. sig. pend.

Verkauf. **1085.** C. j. c. A. Agnes, relicta Erbonis dicti de Schiltingheim militis Arg., de consensu et voluntate Erbonis filii, Phyne et Anne, filiarum dicte relicte, necnon Lembelini dicti Buman, mariti dicte Anne, vendidit Gösselino Engilberhti, militi Arg., dicte relicte filiaastro, redditus annuos 11 unc. den. Arg. super scampno panificum et ejus statione, in c. A. sub nova aula sitis juxta scampnum heredum quondam Alberti Rülenderlini militis Arg., pro 14 lib. minus 4 unc. den. Arg. A. 1. datum 5 kalendas aprilis, a. d. 1325. **März 28.**

Aus Strassb. Bez. A. H 2684. or. mb. c. sig. pend. delaps.

1086. Eberlin von Mülheim, ein ritter von Strassburg, erklärt, dass, wenn ihm der landgraf Ulrich von Elsass 130 mark silbers gegeben habe, alsdann das weingeld im betrage von 200 ohm (amen) weines zu Kestenholtz, das ihm vom landgrafen verpfändet ist, wieder an diesen zurückfallen soll; ebenso, wenn die hälfte gezahlt wird, die hälfte. Eberlin hängt sein siegel an. «mitewoche noch dem oesterdage, 1325.» *Pfandschaft.*

1325 April 10.

Aus Strassb. Bez. A. G. 1474 (1892) nr. e. or. mb. c. sig. pend.

1087. C. j. c. A. Reinboldus, prebendarius monasterii in Hohenburg, et Greda, ipsius Reinboldi filia naturalis, recognoverunt, eis nichil juris competere in domo et area, in c. A. prope s. Petrum seniore sitis juxta domum fabrice s. Marie nuncupatam zu dem Wahsmanne¹ e. u. et e. p. a. juxta Johannem dictum Büler, et si quid juris ipsis competiit, illi renuntiaverunt in hiis scriptis idemque jus in manus judicis predicti vice et nomine fabrice eccl. Arg. recipientis libere resignaverunt. preterea Johannes de Ehenheim presbyter procurator fabrice ecclesie Arg. nomine dicte fabrice locavit domum et aream Reinboldo et Grede predictis, quoad vixerint, pro censu annuo 6 den. Arg. (festo s. Martini solvendo). datum 13 kalendas maji, a. d. 1325. hujus instrumenti 2 sunt. *Leibzucht.*

April 19.

Aus Strassb. Frauenh. A. lad. 49 nr. 84. or. mb. c. sig. pend.

1088. Johannes episcopus Arg. ob parvitatem prebendarum chori eccl. Arg. incorporat eccl. Arg. ecclesiam in Mollesheim et assignat eidem medietatem reddituum. aliam medietatem recipiet hospitale in Mollesheim. sigilla episcopi et capituli sunt appensa. datum pridie kalendas maji, a. d. 1325. *Incorporierung von Einkünften.*

April 30.

Aus dem Archiv des Strassb. Domkapitels. or. mb. c. 2 sig. pend.

1089. C. j. c. A. Petrus dictus Heidene, filius quondam Burkardi de Schönecke civis Arg., vendit Grede, relicte Hugonis de Schönecke militis Arg., presenti annuos redditus 13 unc. den. Arg. super 2 areis sitis contigue in c. A. an dem Holtzmerkete, super quibus solent poni plutei seu ligna, juxta empricem e. u. et e. a. juxta Löselinum seniore militem Arg. et tendunt super Bruscam, pro 14 lib. den. Arg. A. 2. actum 6 idus maji, a. d. 1325. *Verkauf.*

Mai 10.

Aus Strassb. Stadt A. G. U. Pf. lad. 181 fasc. 2. or. mb. c. sig. pend.

